



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate  
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ  
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De  
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, 1664**

Dispytatio III. De causa Physica, & meritoria, sine actiua, & exactiua  
Incanationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)



CERTAMEN I.

*Nullatenus incarnationem de congruo pro merito humanitas Christi; acrius tamen, quam par est affirmatiua sententia à nonnullis censuratur.*

**D**octores nonnulli affirmatiuam sententiam de merito congruo humanitatis erga vnionem suam hyposthaticam eadem duratione obtinendam erroris infimularunt. Me autem iudice non satis firmo iure. Licet enim, quia omnium ferè Theologorum, atque Scholarum est negatiua conclusio, vt statim referemus, nihilque siue ab authoritate, siue à ratione appareat, quod acriter affirmatiuam suadeat, atque negatiuam impugnet, temeritatis notæ videatur affirmatiua subiicere; errore tamen ne redoleret quidem, necum incurrit. Etenim, quod Ioan. 3. Lucæ. 1. Ad Titum. 3. gratia incarnatio dicatur, ac proinde non ex meritis, de nostris meritis intelligendum videtur; respectu enim nostri gratia prorsus est: quod non tollit præmium respectu humanitatis Christi fuisse, ac proinde respectu illius gratiam non esse. Sic auxilia gratiæ, reliquaque Dei supernaturalia dona ex meritis Christi nobis obueniencia respectu nostri gratia, ac beneficia Dei sunt, licet per Christum, & bene Vasq. d. 21. cap. 1. reliquique Doctores, & tamen respectu Christi, cuius merita eiusmodi Dei donis in nobis præmiantur non gratia, sed strictè præmia sunt. Neque vero firmius est illud Psalmi 8. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis: gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.* Quem locum de humanitatis Christi supra Angelos per vnionem hyposthaticam exaltatione intellexit Paulus ad Hebræos 2. immediatè præmitrens, quod eo etiam psalmo præmittitur *quid est homo, quod memor es eius?* tantundemque est, ac dicere, quænam merita hominis Christi ad eiusmodi exaltationem præcesserunt? nulla sane.

**2** Huic expositioni, & sententiæ accinit August. 11. de corrept. & gratia atque 15. & vlt. de prædest. sanctor. ac sæpius ita effatur. *Quid egit ille homo, unde meruit, vt à verbo assumeretur?* Verum David eo psalmo ad litteram de Adamo locutus, est ac figuratè solum de Christo, cuius ille Typum gerebat, vt Paulus intellexit, quare, sicut ibi Adami merita ex propriis viribus habita, vt ei Deus orbem subiiceret, nulla prorsus fuisse asseruntur, ita neque humanitatis Christi figurati merita vlla ad ipsius per hyposthaticam vnionem supra Angelos euectionem, atque ad orbis totius subiectionem, futuri sæculi principatum (quorum etiam ibi meminit Paulus) ex propriis viribus extitisse dicuntur. Atque hic sane sensus vel præcipuus, vel germanus, vel saltem non incongruus Augustini: cum eis locis omnibus contra Pelagianos, & eorum ex propriis viribus merita ex instituto deceret, vt doctè obseruabat Vasq. proxime. c. 5. n. 46. secundo ad Dauid, & Pauli locum dici posset, etiam temeritatis ex auxilio gratiæ profectis loqueretur, cum tot alia præter vnionem data à Deo humanitati Christi Domini ibi à Paulo, & Dauide recenseantur, nempe orbis subiectionem, & imperium, & futuri sæculi Principatum, negasse de facto puræ humanitatis etiam auxilio gratiæ elicitis meritis ad totum illud congruitatem; licet ex eis aliquid, etiam vnionem hyposthaticam attigissent: quæ, licet tantum donum in se ipsa sit, aut minus quid est, quam coniunctum, seu cumulus ex ipsa, atque illis etiam donis simul confectus, vt de se se patet.

*R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.*

**3** Nec satis est merito congruo vnionis hyposthaticæ admissio in humanitate Christi ea omnia humanitatem Christi promeruisse conuincere, quæ vnionis titulo eidem humanitati debebantur, ac proinde, & in illa donabantur. Sicut dici vulgo solet: qui dat formam dat consequentia ad formam. Alia enim donationis ratio, alia meriti est. In donante quippe propriè donante, qui quæ est perfectæ doni scientia donat ea omnia dari ab ipso velle intelligimus, quæ dono suo recipienti accessura prænouit. Vnde, & idem de aliis metaphoricè donantibus, vt de causis naturalibus creatis, quæ nihil certe cognoscunt; metaphoricè dicitur formæ donatione consequentia ad formam donare, ni proloquio hoc velis solam primam, ac principalem causam formæ, rerumque omnium Deum, qui & formam, & consequentia ad formam apprimè nouit intelligi debere: Meritum autem, etiam congruum, nec solum condignum proportionem aliquam cum præmio habere natura sua debet. Cum autem proportionem habere cum eo possit, quod minus est, quin eam habeat cum eo, quod est maius, atque coniunctum illud ex vnione hyposthaticæ, & aliis donis à Psalmista, & Paulo memoratis maius quid vnione sola proculdubio sit, poterit huic soli intra congruitatem proportionari, quin coniuncto, ex ipsa, & donis aliis conflecto proportionetur, vt secunda dicebat solutio. Hæc quidem eo solum animo dicta sunt, vt ab affirmatiua sententia erroris immerita nota exulet deinceps.

**4** Negatiua tamen sententia nobis semper placuit à Doctorum authoritate ferè omnium, non tamen à plurium rationibus. Tenuit Magister in 3. disp. 4. Gabrij. quæst. vn. a. 3. dub. 3. Carthuf. quæst. 4. cum. S. Bonau. Ricardo, Vdelrico. Durandus, quæst. etiam. 4. Scotus cum suis in 4. d. 2. quæst. 1. sine S. Th. 3. p. quæst. 2. a. 11. vbi Caietan, Medina ac reliqui Dominicani: ex nostris etiam. S. Thomæ interpretibus, & Doctoribus. Valentia ibi q. 2. pu. 8. Vasq. d. 21. citata. Soar. d. 10. à sect. 3. Granad. controu. 1. tract. 14. d. 2. sect. 1. Lugo d. 8. sect. 1. num. 1. Vvadingo d. 10. dub. 3. Bernal. d. 17. sect. 1. verque Harardo, ac reliqui nostri Recentiores imo, & doctores ferè reliqui. Probat Soarius, & Thomistæ plures: quia actiones substantialis compositi, ita à supposito, quæ suppositum est, necessario sunt, vt subsistentia, siue personalitas necessario sit, vel partiale eorum principium, vel quid se ex parte principij tenens ad illas, saltem, vt necessaria conditio: ergo Christi humanitas, quousque in verbo substitit, non potuit de facto operari: atqui, vt in verbo substitit vnionem hyposthaticam clausit. Ergo vnio hyposthaticæ ex parte principij proximi expediti ad opera meritoria humanitatis naturæ priori de facto præcessit: ergo eorum operum effectus, ac præmium de facto esse nequirit, quin principium meriti sub meritum caderet: quod repugnat. Verum principium illud de necessaria præcedentia natura subsistentiæ ad naturæ substantialis operationes dissectum satis à nobis es controu. de causis d. 6. atque hoc. t. sæpè vbi illud Aristotelicum *Actiões sunt suppositorum, tantundem valere, ac singularium monstrauimus.*

**5** Probatur conclusio primo Pauli, & Augustini testimonis datis, quæ, vt eam nec de fide nec fidei proximam euincant, atque oppositam erroneam; ac verò longe verosimilior ex omnium Theologorum interpretatione, & contextu merita omnia humanitatis, etiam ex gratia profecta respectu vnionis hyposthaticæ simul tempore habitæ prorsus ea loca excludunt. Si enim eiusmodi meritis ex gratia etiam, congrue vnionem illâ humanitas promereret aliquid esset homo ille, vt ad eam, atque alia dona conferenda memor ipsius Deus esset. Secundo Augustini. omnia merita, etiam ex gratia, negans humanitati ad vnionem argumento validiori merita Pelagiana ex viribus naturæ denegabat eidem. Tertio omnia

Ggg negaffe

negasse locis certum mihi est eandem quippe sententiam suam explicatius tradens cap. 36. Enchirid. scripsit. *Namquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficium praestitum est, ut singulariter promeretur Deum.* Item 8. de verbis Apostoli: *Namquid & illa praenitit, & bene viuendo factus est filius Dei.* Ecce merita etiam ex Dei beneficio exclusit. Denique. 11. de corrept. & gratia sic habet: *ista natiuitas profecto gratuita coniunxit in unitate personam hominem Deo, carnem uero istam natiuitatem bona opera secuta sunt, non bona opera meruerunt.* quibus similia habet Dyonisius Alexandrinus. Si autem gratuita, ergo non remuneratoria: si illam bona opera omnia humanitatis secuta sunt: ergo non praecesserunt meritiu. Sed quid argumentis agimus cum textus ipse sit non bona opera meruerunt.

6 A ratione probatur primo conclusio. Quia decentius est merita omnia humanitatis Christi infiniti valoris recognoscere, ac proinde dignificata ab vnione hyposthatica, quam valoris finiti: aut vnio dignificans meritum nequit esse praemium: alioqui principium meriti sub meritum caderet: quod in connaturali, prouidentia, iuxta quam res de facto regulantur, esse impossibile euidentissimum est, a nemine dubitatum: atque in supernaturali prouidentia, & potentia absoluta certum omnibus est, vno, vel altero excepto, quos aperte confutauimus contr. de merito, & uincemusque hic contr. de merito Christi. Probatur secundo: quia meritum congruum etiam vnionis hyposthaticae nequit reperiri in bonis operibus adhuc ex gratiae auxilio elicitis nisi gratia etiam habitualis dignificans adit operati: neque enim hac deficiente in operibus sanctis, seu honestis potest esse ad praemium, & donum tantum aequalis illa operis proportio cum praemio, quae ad congruitatem meriti requiritur: atque tam gratia iustificans humanitatem, ipseque auxilians data humanitati Christi fuit, intuitu prehabite pro priori naturae vnionis hyposthaticae, ut communis Theol. sententia fert, ostendemusque contr. de merito Christi: ergo nequiuit ob merita a gratia auxiliante, & sanctificante humanitatis profecta, & dignificata dari, quin principium remotum meriti sub meritum caderet, quod repugnat. Tertio, & efficacius cum decreto simultaneae productionis humanitatis, & vnionis hyposthaticae meritum operum humanitatis respectu suae vnionis hyposthaticae repugnat prorsus, ut q. 2. ostendemus: ergo de facto non adfuit quae omnia aequè probat cetera animae merita prout sui hyposthaticam vnionem natura praecedens consideratur.

## CERTAMEN II.

### *Nec inadeguata vnionis hyposthaticae meritum adfuit.*

1 **I**am de operibus animae pro priori naturae vnionis hyposthaticae sicque promerentis vnionem hyposthaticam corporis, (cuius merita condigna sanè essent, si data fuissent statuendum est) disputamus. Supponimus autem contra Vasq. & alios relatos. d. 2. q. 3. animam, & corpus diuersis animis hyposthaticae partibus a verbo assumptas fuisse. Et enim, si eadè, ut illi aiebant, vnione hyposthatica indiuisibili utrumque a verbo assumptum esset, cum eodem executiuo decreto, & actione vnio illa indiuisibilis utriusque ad verbum necessario poneretur, atque essentia, sua vnio eorum actualis ad verbum esset nullo naturae signo posset praecedere existens in vno, in quo non esset, ac non intelligeretur re ipsa existens in alio, siue ad aliud terminata: quare neque esse posset dignificans pro priori naturae animam, eiusque opera, ut ob illa pro posteriori naturae in eorum praemium terminaretur ad corpus. Solu ergo procedit disputatio in nostra, & vera doctrina de reali, & entitativa diuersitate vnionis hyposthaticae animae ab vnione hyposthatica corporis in ea

vero negatiuae nostrae scètiæ probatio difficilis merito nonnullis videatur. Et enim in suppositione hac potuisset animam vnità hyposthaticae, ac pro naturae prioris operantiae focij corporis vnionè de condigno promereri certissimum est: quid ergo promeritum de facto fuisse prohibebit, & ea omnia, quae de incarnationis executione fides docet, cum eo merito de facto cõsistant, & dignitati animae vnità videatur decentius tantum donum locio corpori promereri. Confirmarique videtur validissime argumento hac in re de Christi meritis satis frequentis, & vnico, quo id totum meruisse Christum de facto operibus humanitatis vnità dicimus, quod sine repugnantia potuit ob vnionis excellentiam, atque inde prouentientem humanitatis vnità dignitatem. Fateor me diu ob prætam rationem in affirmatiuam partem, quæstionis de facto, quam versamus, vehementer inclinasse.

3 Cæterum cum in ea semper sententia fecerim, ut Theologicas conclusiones magis ab authoritate scripturæ, & Patrum, quam à philosophicis rationibus deducendas existimem, pro negatiua tandem sententia steti, quia eam scripturæ, & Patrum testimoniis magis saltem adsonam iudicavi. Et enim contra animam in hoc instanti incarnationis corpori vnità operationis totam humanitatem, imo, & hunc hominem qui Christus est, denominarent: si eis de facto vnionem hyposthaticam ad corpus promeritus esset qua totus homo essumeretur à verbo: cum vnione præsupposita verbi ad animam vnione ad corpus quam promeretur, quaque humanitatis, seu, quod idem hic est, hominis assumptio complebatur, totus homo, seu humanitas ex operibus, & meritis absolute ipsius assumeretur à verbo: ergo aliquid esset homo, ut Deus illius memorasset, ut assumptione verbi supra angelos exaltaretur contra Paulum; aliquidque egisset, unde meruisset, ut à verbo assumeretur contra Augustinum recitatos, quæst. 1. cap. 1. num. 2. & genuinè explicatos num. 5. Accedit à ratione quod, & conclusionem, & Patrum argumentum confirmet. Ut enim docuimus controu. d. 2. q. 2. cert. 1. à num. 1. ad 4. anima non prius natura assumpta à verbo fuit, quam corpus, seu caro signata: quin potius si aliqua prius assumenda esset de facto, & connaturaliter, materia, seu caro prius natura assumenda à verbo foret, quam anima, quae non nisi disposita, & ac proinde existente materia pro priori naturae, atque ad sic existens existentiam creari debuit: cum autem existentia hæc materiae dependenter ab vnione ad verbum in nobis principis fuerit eius vnio, videtur prius natura exequenda, ac certè non posterior natura quam animae, & vnio, & existentia, ut ibi docebamus. Quæ doctrina cessat difficultas contra nostram de distinctione, quæ de facto solummodo procedit. Denique Deus solo hominum amore, solusque peccati, ac proinde necessitatis humane præuisione incarnasse, esseque solum motiuis, & sine missum à Patre filium ex innumeris scripturæ, & Patrum testimoniis habetenus ostendimus: quæ omnia meritum omne, siue humanitatis, siue animae de facto prorsus excludunt.

4 Contra conclusionem primam certaminis primi oppones illud Psalmi 44. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus oleo lætitiæ præ consortibus, seu participibus suis.* quæ de vnitione humanitatis oleo diuinitatis intelligunt August. 3. contra Maximin. cap. 15. ac lib. 16. de Trinit. cap. 26. Hilar. 7. de Trinit. Concilij Francford. epist. ad Episcop. Hispan. col. 7. Anselm. & Beda in 1. ad Hebr. Basil. & Hieronym. ad eum locum. Id quod illud præ consortibus, seu participibus suis satis suadet: eo quippe sanctitas Christi media vnione per Deitatem ipsam sanctitate reliquorum iustorum, qui per participationem tales sunt præstantior denotatur. Atqui vnio hæc Deitatis propterea facta dicitur, quod iustitiam homo Christus, siue eius humanitas

humanitas dilexerit, oderitque iniquitatem: ergo ob eius merita facta à Palamita dicitur. Sed præter quam quod vnctionem illam non ita constanter de vnctione oleo Deitatis Patres intelligunt, vt Athanas. orat. 2. contra Arrian. sub finem, & Hilari. 11. de Trinit. sub med. de magnificatione eius sanctitatis in Iordane facta, Ambrosio. de lætitia, & gaudio animæ Christi nullam sententiam asperitatem peccati, quam prauis homines sentiunt. Hieronym. & Francfortiensis de resurrectione, assensione, & dominatione in reliquos. Idem Hieronym. epist. 140. ad Principium. De gloria accidentaria regni Christo post passionem tradidit, vt sceptro æquitate omnes iudicaret, illam vnctionem non explicat illi etiam qui de vnctione Deitatis interpretantur illud *proprie*, causam finalem, non autem meritum significare aiunt. Vt sensus sit, vt iustitiam diligeres, & odio haberes iniquitatem vixit se Deus oleo Deitatis: nec in calum: si quidem ita planè effecisti. In quem eius loci sensum sit præter alios eleganter Naz. orat. 36. 4. de Theolog. n. 7. Christi nomine aiebat: *Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua, opera autem ipsius veritas, & iudicium, quorum causa diuinitate delibuit est. Illa enim humanitatis vnctio est.* Atque eam quidem interpretationem sequuntur Bellarminus cum aliis in eum Palamum Valquez proximè cap. 7. Beccanus cap. 14. quæst. 6. numer. 12.

5 Oppones secundo illud Apocal. 5. *Dignus est agnus qui occisus est accipere diuinitatem.* Sed certè cum hic agatur de merito mortis Christi; quod ab eius humanitate vt vnita hyposthatice habitum est de digno seu condigno merito vnionis ageretur, non de congruo, ac non dignificato per vnionem de quo hic solummodo in præsentis disputamus: quare extra rem ad præsens institutum is locus inducitur: an vero meritis, vt dignificatis vnione hyposthatice ipsam pro illo ipso instanti quo ea dignificabatur, promeritus fuerit de facto, aut promereri potuerit, an saltem pro durationibus diuersis, difficultates sunt controu. de merito Christi. d. & q. citatis ex instituto disputanda: & quidem pro instanti eodem, quo vnio opera dignificat illis ita dignificatis eam nec promeritum Christum fuisse, imo nec promereri potuisse concors aduersariorum etiam, ac reliquorum doctorum sententia est. Ceterum diuinitatis nomine non Deitatem ipsam, sed honorem, laudem, gloriam, & cultum ob ipsam debitum eo loco intelligi auctores iam pridem fuere. Lyra, Rupertus Dyoni. Carthuf. S. Thom. & nostro sæculo Vasq. proximi, & Recentiores alij non pauci ac demum si de acceptance Deitatis per vnionem intelligi vtro admittamus de re vnione humanitatis resurgens, siue re vnionis corporis ad animam, qua formaliter humanitas resurrexit hyposthatice ad verbum, quam de condigno morte sua promeruisse Christum probabile est factis, atque vt summum is locus intelligatur, quod, vt dixi præsentis instituti nihil refert. Sed nec plures refert illud Basilij testimonium ex hom. 25. quæ est de humana Christi generatione vbi de humanitate ait. *Digna vngenti diuinitati coniungi fuit.* ibi enim de dignitate non quidem meritua sed laxè sumpta loquitur Basilius: sicut de cruce canit, Ecclesia, *que sola fuisse digna portare Regem colorum, & dominum,* scilicet quam sua electione tanto honore Deus dignatus est; ac passiuè dignam illa sua electione efficit: vel in qua dignitas negatiua; id est nihil quod peccatum redoleret, Deique susceptione indignam redderet, inuenit.

Re P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnas.



Q V Æ S T I O II.

*Potuerit ne Christus incarnationis substantiam, siue vnionem hyposthaticam absolute promereri.*



V Æ S T I O hæc de eodem meritum genere procedit, sc. merito congruo operum totius humanitatis pro priori naturæ ad vnionem sui cum verbo operantis ex Dei auxilio respectu vnionis hyposthatice adæquate sumptæ vel de merito condigno operum animæ, vt vnita hyposthatice ad verbum, ac pro priori naturæ operantis, merentique vnionem hyposthaticam verbi ad carnem merito, vt diximus condigno. Loquimur autem si quidem ex suppositione eorum omnium, quæ de facto adfuerunt, vt neutro modo vnionem suam Christi, vel humanitas, vel animæ de facto mereretur, sic enim quæstioni non magis locus esse possit, quam si quæreretur, an ex suppositione, siue in sensu composito, quod non mererit, simul meritis incarnationem: quod implicat in terminis: cum ad coniungenda duo contradictoria nulla vsquam potestas esse omnium sententia queat. Solum ergo supponitur simul tempore humanitatem totam hyposthatice vnitam verbo fuisse vbi primum existit, quin tempore, sui à verbo assumptionem præcederet.

C E R T A M E N I.

*Sententia duplex de merito vnionis, seu incarnationis adæquate sumptæ ab humanitate, atque imbelles vtriusque probationes.*

1 P Otuisse Christum operibus humanitatis simultaneæ productæ atque hyposthatice vnitæ vnionem hyposthaticam sui ad verbum congrui promereri operibus ab ipsa pro priori naturæ ad vnionem hyposthaticam ornata gratia habituali elicitis docere Val. 3. p. q. 2. a. 11. Becan. c. 14. q. 6. n. 6. Petr. Hurtad. d. 27. sect. 8. Albertina. de prædicamento substantiæ. d. 3. q. 3. Vvadingo. d. 10. dub. 3. §. *Dico secundo.* aliisque quam plures Recentiores. Ratio vnica, & communis huic, & aliis conclusionibus affirmatiuis de possibili; quod nimirum nulla in huiusmodi meritis congruis humanitatis respectu vnionis suæ hyposthatice ad verbum simul tempore gaudæ inueniatur repugnantia. Etenim licet ad meritum congruum, & aliquantulum proportionatum operum humanitatis respectu suæ vnionis hyposthatice gratiæ habitualis dignitas in operante humanitate requiratur, vt supra statuebamus, atqui hæc habitualis gratia, sicut, & reliqua bona, de facto, non nisi vnionis hyposthatice titulo, & intuitu, ac proinde pro posteriori naturæ ad illam collata à Deo fuerit, vt postea ostendimus: ast nihil Dei absolutam potentiam, & libertatem prohibebat, quominus illam ac reliqua dona humanitati pro priori naturæ ad vnionem hyposthaticam conferret, si vellet. Insuper quod vnio hyposthatice eodem instanti conferenda esset merito operum humanitatis pro priori naturæ operantis obstatè absolute nequit: cum præmium in eodem instanti quo meritum adest conferri operanti à Deo proculdubio possit: Horum in pugnatio assignanda à nobis implicatio erit.

2 Negatiuam conclusionem tenere Thomistæ Medina Alvarez. Cabrera. 3. p. q. 2. a. 11. ac reliqui. Vasq. d. 21. cap. 6. Soar. d. 10. sect. 3. Lugo d. 8. sect. 1. n. 5. Gaspar. Hurt. d. 6. difficult. 4. Probabant Thomistæ. Quia humanitas non nisi existens potuit absolute mereri; atqui si existit nisi per verbi existentiam mediâ vnione, &

G g g 2 incar na

incarnatione communicatam : ergo quæuis humanitatis operatio meritoria supponebat eius vnionem ad verbum, huiusque incarnationem, æqui atque existentiam humanitatis. Nulla humanitatis operatio potuit absolute vnionem ipsius hyposthaticam ad verbum, siue incarnationem; quin principium meriti sub meritum veniat, quod aperte tam horum, quam aliorum fieri omnium sententia repugnet fateor equidem ex illo principio de existentia humanitatis Christi per verbi vniti existentiam consequentias omnes inoffense currere. Sed tamen principium illud falsum omnino est vt d. z. q. 3. euincebam. Secundo neque cum Thomistarum principii Cohæret. Etenim materia non propria, & intrinseca entitauè existentia, siue essendi actualitate existit vt in phisicis, sed sola existentia, seu essendi actualitate formæ: quare, & tota humanitas solius formæ existentia existit quando forma informatur: nequit enim existentiam habere, quæ nihil aliud quam forma in horum sententia est; quin existat: sicuti neque habere albedinem quin sit alba. Ergo neque potest existere per existentiam verbi nisi duplicem habeat existentiam. Quod si dicas ab existentia verbi provenire pro naturæ priori, vt existat, quid prohibet pro priori naturæ vniti formam materiam, atque tam hanc, quam humanitatem totam existere existentia formæ, atque sic existentem operari, vt vnionem hyposthaticam cum verbo, atque huius incarnationem promeretur naturæ posteriori ob eiusmodi opera à Deo exequentiam?

3 Probat secundo Soarius, ex quo, & affectu. Quia actiones sunt suppositorum ita vt subsistentia saltem vt conditio ad quamuis substantiæ operationem necessario ex parte principij se teneat: ac proinde, & verbi vniti substantia natura necessario præcedere debeat ad quamuis humanitatis Christi operationem. Ea quippe solum humanitas Christi in personam, & suppositum coalescit. Sed & hoc principium abunde confutatum reuici in phisicis, ac sæpe in materia præsentia. Iugo tamen paulo aliter ex doctrina nostri Mançæ de impeccabilitate humanitatis Christi, atque in amissibilitate vnionis hyposthaticæ per peccatum, argumentum hoc de necessaria præcedentia subsistentiæ verbi ad quamuis humanitatis operationem efformauit, quia inquit ad idem signû pertinet subsistentia aliena ad quod propria, quem destruit, cuique substituit, si adesse pertineret, aut propria quia complementum naturæ substantialis (puta humanitatis in re præsentis) daretur naturæ substantiali seu humanitati, si adesse pro priori naturæ ad eius operationis ab illisque independentem omnino: ergo, & aliena quæ eius loco substituitur pro priori ad humanitatis operationes, ab illisque independentem prorsus dari necessario debet: ac proinde nequit dari subsistentia verbi pro posteriori ad opera humanitatis; aut propter merita humanitatis honestè operantis. Probarè, vt summum, discursus non posse conaturaliter, & de facto non præcedere subsistentiam verbi in humanitate ante operationes ipsius, non autem absolute non posse potentia absoluta Dei non præcedere, sed subsequi potius humanitatis operationes, & merita. Verum neque illud probat, quidquid reclamant Complutenses Recentiores; naturæ enim secundum se ac præcisè consideratæ si debetur adhuc diuini subsistentia aliena, maximè increata verbi, sed solum propria determinata quam determinatè exigit.

4 Rursus illam ipsam necessariam præcedentiam subsistentiæ verbi ad operationes humanitatis suadet Iugo. 1. Modus operandi sequitur modum essendi: atque modus essendi humanitatis est dependenter à subsistentia quam habet: ergo, & modus operandi humanitatis erit dependenter à subsistentia quam habet ipsa humanitas, scilicet subsistentia verbi. Confirmatur. Ex eo principio animus pro priori naturæ ad vnionem cû corpore eodem instanti temporis executam nequit operari, sequi ipsam, atque alia intuitui cognoscere, sicut in separationis statu facit. Sed, & hoc totum solum probat necessitatem eiusmodi ex natura rei, non absolute. Secundo neque id probat axioma in sensu quo obicitur

est aperte falsum. An caloris operatio ita sequitur modum essendi ignis atque procedit, vt ipsa, sicut ille si non pendeat, aut inhzreat subiecto? An etiam pondebit ab igne alio, à quo sua causa, non autem calor ipse dependet? In his ergo axiomatibus à Deo vniuersalibus illud semper deprehendi, vnum tantum verum sensum habere, & in quo vix ab arguentibus adducatur. Confirmatio non vrget non enim ideo animus pro priori naturæ ad vnionem cum corpore in eodem instanti futuram, seu existentem, non operatur, quia operatio necessario aut saltem conaturaliter sequitur modum essendi aut saltem conaturaliter sequitur modum essendi sui principij operatiui, neque enim animus rationalis à corpore, seu materia vnionè ad ipsam pendet; sed quia animus solum separatus positus à corpore, independentè à corpore, non autem præcisè solum separatus: cum autem vnitus in eodem instanti corpori est non autem positus, sed præcisè separatus à corpore pro priori naturæ vnionis ad ipsum solummodo est. Quare animi ad corpus vnio ipsius operationes non præcedit, quia animus in suo esse ab vnione pendet; sed quia operationes animi vniti pro eo statu ab vnione, & corpore pendet, ex quo oppositum potius axiomatis illius deducitur.

5 Nihilò etiam solidius est aliud nostri Vasquez argumentum. Quia si gratia habitualis supponeretur pro priori naturæ leuans opera humanitatis ad congruentem, & aliqualem proportionem meriti vnionis hyposthaticæ, data esset pro illo priori humanitati ex affectu adoptionis, seu filiationis adoptiuæ: ergo pro illo priori constitueret humanitas Christi filium adoptiuum, ac proinde absolute dicendum esset Christus in hoc instanti reali filius adoptiuus. Siquidè quæcumque pro priori naturæ in quouis durationis instanti sunt absolute in illo instanti durationis esse dici necessario possunt. Atqui dicere Christum etiam secundum humanitatem esse aliquando filium adoptiuum, est absurdum, & ne scrius loquar periculosum, vt de Christi filiatione disputans ostendam. Sed negatur facillè assumptum, data enim esset gratia habitualis ex affectu filiationis naturalis obtinenda: pro signo posteriori vnionis hyposthaticæ obtinenda per merita ab illa dignificata, quemadmodum media omnia non ex affectu sui, sed finis per illa obtinendi apponuntur. Sed in stabis, pro illo priori non esset filio naturalis qua sola potest impediri gratia ne humanitas constituat filiam, seu filium adoptiuum: ergo constitueret filium adoptiuum. Distinguo antecedens, non esset filio naturalis præuisi, concedo antecedens, negans, nego antecedens, & nego consequentiam. Requirit enim ad filiationem adoptiuam, negatio realis, & cura filiationis naturalis: quare quousque ea adesse gratia non tribuit humanitati effectum filiationis adoptiuæ: vt autè negatio adde in hoc instanti durationis, quæcumque in illo sunt recenteri debent, in eis autem inueniuntur pro natura posteriori filio naturalis humanitatis, à qua pro priori natura. Præcinderetur. Sed quo inquires in operibus illis complaceret pro illo priori naturæ Deus, tanquam in operibus filij naturalis, aut adoptiuus? neutro, inquam, modo, sed præcisè ab vtroque: siquidem neutro modo humanitas haberet filiationem, cum ab vtroque, pro illo naturæ priori præcinderet. Complaceret autem tanquam in operibus Iusti, Sancti, & Amici.

## CERTAMEN II.

Vrgentior alia Patris Vasquez ratio examinatur.

1 Hoc pro eadem negatiua conclusione argumentum seorsim examinare placuit, quia ex illius distincto examinari valde ad plures alias Theol. difficultates doctrina parabitur, et si autem huiusmodi. Implet aliquid simul tempore esse æquale, & inæquale eodem. At si opera humanitatis pro priori naturæ ad vnionem

vnionem elicitam, congruè merentur vnionem hyposthaticam, tunc etiam temporis dandam, ac posteriori naturæ datam aliquid esset simul tempore æquale, & inæquale eidem: ergo implicat dari opus pro priori naturæ ad vnionem meritum vnionis hyposthaticæ simul tempore, licet pro posteriori naturæ datæ. Minor probatur: quia illud opus pro illo priori naturæ consideratum esset solummodo meritum congruum, & absolute inæquale respectu vnionis hyposthaticæ diuinæ; pro posteriori autem naturæ in eodem etiam instanti temporis esset absolute meritum condignum, & æquale respectu vnionis hyposthaticæ diuinæ, imo supra condignum, & excedens: ergo esset aliquid simul tempore inæquale per defectum sui, & æquale, imo excedens eidem. Maior est affirmatiua conclusio. Minor probatur. In eo instanti temporis, licet pro naturæ posteriori, esset vnio hyposthatica humanitatis, ac proinde hæc infinitè digna, ac filius naturalis Dei: ergo in eo instanti opus illud esset infinitè dignæ humanitatis, ac Filij naturalis Dei: ergo infinitè meritorium, æquantque valore merito, imo excedens donum vnionis hyposthaticæ diuinæ: Etenim, vt meritum ad dignitatem eleuetur præmij, seu boni in præmium dandi, solum requiritur, vt ad sit tunc temporis absolute dignitas in subiecto: neque aliter hæc illud alleuat, quam per sui assistentiam subiecto. Adefset autem tunc temporis subiecto operanti dignitas vnionis.

2 Nec fatis est, si dicas vnionem hyposthaticam datam in præmium esse vnionem verbi, quæ quidem nequit dignificare opus illud, quod congruè ipsam merebatur ad merendum condignè ipsam. Implicat enim principium adhuc dignificans meritum, cadere sub ipsum meritum ab eo dignificatum. Item quia ad id quod in ipso opere meritum præhabetur necessario ab operante, atque essentialiter includitur in ipsius merito, vt tali: nequit meritum ipsum tantquam ad præmium terminari, quod quidem diuersum omnino à merito esse debet. Non ergo præfato argumento conuincitur eiusdem vnionis hyposthaticæ quam congruè merebatur, & inæqualiter per sui defectum, fore illud opus humanitatis, meritum æquale, & condignum, imo & inæquale per excessum, ac proinde nec inferitur dari meritum simul tempore æquale, & inæquale eidem omnino præmio, vt intendebatur. Hoc inquam satis non est. Illud enim idem respectu cuius opus illud congruè, & condignè meritum, ac proinde æquale, & inæquale non est vnio ipsa hyposthatica verbi, quam simul tempore datam ob meritum congruum illius operis ex aduersariorum sententia supponimus. Hanc enim opus illud, vt dignificatum per ipsam non posse condignè promereri ob rationes datas perspicuum nobis semper fuit. Sed vnio alia hyposthatica Patris, vel Spiritus S. quam quidem opus illud pro priori naturæ ad vnionem hyposthaticam humanitatis quæ verbo congruè merebatur humanitas equi, atque verbi hyposthaticam vnionem licet hæc hyposthatica vnio non autem alia ad Patrem, vel Spiritum sanctum data illi de facto in præmium sit. Sed vnio ad verbum ex qua dignificandum illud opus fuit ad meritum condignum vnionis cum Patre, vel Spiritu sancto simul tempore æqualitas, & inæqualitas meritiua in eodem opere conuincitur. Imo respectu eiusdem vnionis verbi idem conuincitur. Quia vnio verbi hyposthatica æque omnino perfectionis, & estimationis in ratione doni, & entitatis, cum vnione Patris, vel Spiritus sancti non minus quam vna alteri vnæ quantitatis æqualis sit. Ergo opus quod æquat valore vnionem Patris, vel Spiritus S. æquat etiam valore vnionem Filij, non secus atque corpus æquale vnæ quantitatis necessario æquale est alteri cuiuslibet vnæ, licet aliunde, non autem ex inæqualitate non possit ad vnionem verbi, vt meritum condignum ipsius comparari.

3 Respondit præfato argumento Buanus: proximè, primo. Meritum congruum sumi posse præcisue pro valore, quem in se opus claudit, non habita ratione

æqualitatis, vel inæqualitatis cum præmio, & positiuè proe dicit inæqualitatem cum illo, quæ quidem repugnat cum æqualitate cum illo in instanti eodem, cum autem præcisue valorem infinitum, & vim motiuam habeat, potest Deum mouere, qui illum solum attendens in sui motione præscindit ab inæqualitate, & æqualitate, quam re ipsa pro naturæ posteriori habet, sicut valor ipse præscindit. Vnde non verificatur meritum re ipsa esse æquale, & inæquale respectu eiusdem sed solum re ipsa æquale esse, atque in motione ab æqualitate præscindere. Sed contra, quia motio illa meritum operis secundum intrinsecum valorem considerati, licet ab æqualitate præscindat, & condignitate pro posteriori futura, si meritiua est nequit præscindere à congruitate, seu rigorosa inæqualitate, ac negatione æqualitatis cum vnione hyposthatica: quam de se non habet: ac proinde nequit non secundum se esse non æqualis valoris cum vnione hyposthatica: Etenim meritum necessario, vel congruum, vel condignum est siue æquale, vel inæquale præmio, neque abstractis à congruo, & condigno meritum vllum de facto, & in indiuiduo ac re ipsa mouens dari potest, licet ab utroque ratio meriti in communi, & abstracta metaphysicè præcisua concipi queat. Quæ tamen nisi ad alteram speciem meriti, vel congrui, vel condigni, aut alterius indiuiduum contrahatur præmiaturum mouere. Secundo, valor licet habeat bonitatem operis secundum intrinsecum solum, non habet rationem, nec motionem meriti, quovsq; ad sit talis, vel talis dignitas operantis, non secus atque in gratia secundum se, licet ad sit iustitiæ, & sanctitatis ratio, non tamen filiationis adoptiue, nisi expectetur, & ad sit absoluta negatio filiationis naturalis in subiecto pro tempore, quo illud filium adoptiuum constituit: atque expectata dignitate operantis quæ absoluta in hoc instanti adest, adest dignitas Filij naturalis Dei, ergo meritum solummodo condignum vnionis hyposthaticæ diuinæ, ac nullatenus congruum, nisi quod à re contradictione manifesta in conclusione affirmatiua defenditur.

4 Respondent tertio alij: Nullum in eo esse inconueniens, vt aliquid pro priori naturæ inæquale alteri sit, cui eidem pro naturæ posteriori sit instanti eodem inæquale. Cæterum duplex contradictorium adhuc pro diuersis realibus signis naturæ in eodem instanti durationis, simulvè tempore in eodem subiecto non minus repugnant, quam si pro eodem signo naturæ eidem conuenirent. Cum enim quæcumque pro illis signis adsunt sint de se contradictoria prædicata siue esse, & non esse simul in instanti eodem verificabuntur, in quo est contradictionis implicatio. Confirmatur exemplo ex præfata materia petito: Etenim, quia filiatio adoptiua absolute dicit negationem filiationis naturalis absolute talem in subiecto, nequit humanitas Christi quæ eam negationem absolute non habet, sed potius eius contradictorium, scilicet naturalem filiationem Dei, esse pro priori naturæ Filius adoptiuus Dei, ex gratia pro priori etiam naturæ data, vt potuit ad vnionem, & pro posteriori naturæ Filius naturalis Dei ex vnione hyposthatica ad Verbum Filium pro illo signo habita: neque è contra ex vnione hyposthatica quam in priori naturæ ad gratiam habitalem de facto habuit Filius naturalis, ac pro posteriori pro quo habuit gratiam adoptiuam, quia qui adhuc Filium adoptiuum Dei Christum secundum humanitatem ex gratia habituali defendunt, ad diuersa hæc naturæ signa recurrere tentarint, sed vel negari requiri negationem filiationis naturalis ad adoptiuam, vel naturalem filiationem pro omni signo naturæ ab illa relegauerint. Solutio igitur hæc rudiorum solummodo esse potest, qui prius, & posterius causalitatis siue instantia, ac signa naturæ crassiusculè percipientes, vel potius non percipientes instantia esse verificationis, seu in quo nec solum instantia, à quo & causalitatis.

5 Quarta solutio argumento posset adhiberi ex doctrina Ludouici Turrian. opusc. 8. disp. 1. sub. 1. Ripaldè disput. 80. num. 2. & 15. vbi pro se inter alios refert

Alexandrum, S. Thom. & S. Bonau. non satis firma coniectura. Item Merah. de incarnatione disputatione 14. sect. 2. ad 3. Granad. 1. 2. tract. 11. de grat. disp. 2. nu. 26. asserentium gratiam, sui dignitatem operantis non dignificare opus ipsius ad quod eliciendum ipsa priori naturæ non præcedat, quod in casu præsentis deficit vnioni hyposthaticæ humanitatis, ac proinde eius præcedens opus ab vnione hyposthatice verbi condignum vnionis hyposthaticæ diuinæ, ipsique æquale aut excedens in valore non reddetur, cessatque proinde tentata argumento Vasquiano repugnantia. Verum Granados num. 13. & tract. 12. disp. 1. num. 8. oppositum docuit expressè dicens gratiam, non solum, quæ non præcedat natura operis elicientiam, sed & quæ hanc natura subsequatur illud dignificare. Ac Meratius iam citandus oppositum planè, vel docet, vel supponit, quare vix ea doctrina habet duos constantes auctores. Imo Suarez qui pro illa steterat lib. 12. de gratia, cap. 22. num. 6. ad 4. eam retractat, cap. 28. n. 29. & r. 1. 3. p. disp. 4. sect. 4. §. *Ad primum*. Quibus consentiunt Petrus Hurriado 22. d. t. 27. Lugo hic disp. 6. sect. 3. Ouid. citandus, ac Meratius disp. 12. de gratia sect. 31. docet, quod si contritio ab habitu gratiæ proximè, aut remotè non procedat promerituram de condigno gratiam habituale primam, quod & docuere Ricardus in 4. d. 27. art. Vasq. 1. 2. c. 216. n. 16. & d. 219. capite secundo, numero 4. ac postea Quijedo, tract. 9. de merito controu. 5. p. 3. n. 46. nec satis confectariè Ripalda d. 78. n. 52. atque ex hypothesi quod sit forma sanctificans Suarez cap. 28. citato num. 24. affirmat. Dignitas autem contritionis intrinseca entitatiùe nequit entitatem ipsam contritionis pro priori naturæ præcedere, quin se ipsa contradictoriè prior sit, & posterior. Et quidem in opere præcepto nulla esse potest libertas si proximè, vel remotè gratia præcedat natura illius elicientiam, cum qua stare nequit omisso. Ac tandem, vt opus, siue à Deo, siue à Principe ad altioris ordinis præmium, & æstimationem euclatur, non oportet, vt à dignitate personæ quomodolibet proueniat, sed satis quod operans eam tunc habeat, vt sit opus æstimabile, vt mille exemplis facillè constat, & Tridentinum quidem sel. 6. cap. 16. definiuit. *Bonum opus hominis iusti, esse meritorium vite eterne*. Vt autem hominis iusti absolute sit, fat est, quod operantem comitetur, quin natura ad opus præcedat. Quare ex necessitate præcedentia gratiæ pro priori naturæ ad opus eliciendum, vt illud dignificet, non hunc probatur intentum.

6. Nihilominus aliunde verum est, vt opus humanitatis ab vnione hyposthatice in eius præmium data dignificandum non esse, ac proinde Vasquianam contradictionem cessare eiusque augmentum deficere. Licet enim, vt dignitas operantis opus honestum ipsius dignificet, opus non sit, quod ad eius effectiorem pro priori naturæ aliquo modo præcedat, opus tamen est, ne pro posteriori naturæ saltem, vt præmium operis conferatur, vt docet contra Vasq. hic, & citata disput. 219. num. 20. docuit Becanus, & contra Granados duobus locis postremis, ac fortè Soarium cit. c. 28. n. 29. docuere Petr. Hurt. cit. Sphor. 4. sum. n. 59. Lugo hic d. 6. sect. 3. Ouid. citatus, ac docti, & ingeniosi Recentiores. Atqui dignitas vnionis hyposthaticæ licet adsit tunc operanti humanitati, adsit tamen posteriori naturæ, vt operis præmium: ergo nequit illud dignificare ad præmium vnionis hyposthaticæ, ac proinde cesset implicatio deducta. Doctrinam maioris supponerem ex suo loco scilicet controuersia de merito, vt ex aliis controuersis sepè principia alia supponere totam Theologiam, quam difficultates de incarnatione tangunt, intempestiuè eundam. Sed adeo malè probatam à nonnullis video, vt eorum probationes reuicere, ac solidiores adiungere, ne ex ea propositione discursus claudicat, vile lectoribus merito iudicium.

7. Probat igitur aliqui ex eo quod vnio hyposthatice data ob opus humanitatis pro priori naturæ elicitum

illud ex communi Doctorum omnium sententia non dignificaret. Sed quam falsò hoc assumatur constat ex dictis, siquidem plures dignificandum contendunt. Secundo alij probant: quia cum eò meritum crescat, quo maior est dignitas, & gratia operantis, maiorque gratia, & dignitas operantis fiat per secundum gradum datum iusto in præmium merebitur opus, vt illa etiam dignificatum, gratiam vltiorem, atque vt hac dignificatum vltiorem, & sic vltiorem in infinitum. Hoc argum. reuicunt Ripalda, & Quijedo quia augmentum gratiæ præmium per partes minores, & minores fiet, ac proinde ad indiuisibile gratiæ in præmium datæ deuenietur, quod in aliquorum sententia satis non est ad dignificandum opus ad aliud indiuisibile adhuc gratiæ in præmium. Sed tamen si opus illud intensissimum, ac valde perfectum esset, atque à grato, & iusto, vt vnium eliceretur dubio procul plus multò gratiæ mereretur, quam erat in operante. Ex qua maiori gratia ampliolem, & ampliolem vltius mereretur, etiam admissa illa aliquorum sententia. Nutat ergo aliunde argumentum nempe ex suppositione illa quod ex maiori augmento gratiæ habitualis cæteris paribus operis meritum crescat, quod proflus fallum contra plures ex nostris ostendebam contr. de merito, atque hic obiter, licet breuiter ostendam.

8. Probat melius Lugo proxime ex natura meriti, & præmiantis, vt talis. Meriti enim est mouere voluntatem præmiantis his quæ antecedentis ad illam habet, alioqui causa moralis mouens, ac prior illa non esset, vt patet: ergo ad meritum non spectat præmium, quod eius affectus, & posterior voluntate præmiandi est, sed solum ea, quæ ante præmium, & voluntatem præmiandi habentur ab operante. Explicat exemplo. Decernat Rex occisori hostis plebeio nobilitatem, nobilitatum: an plebeius occisor, quia occisione ipsa nobilitas sit, titulum etiam est consequutus, minimè. Probatur secundo, quia ex opposito inferitur, ei qui cum debitis dispositionibus confessionis, & attritionis sacramentum penitentia suscipit, vel non conferri, imò aliquando nunquam gratiam conferri, vel contradictio æqualitatis, & inæqualitatis cum præmio eodem, quam Vasq. contendebat nuper. Probo illationem, quia attritio, & dispositiones merentur de congruo primum gradum gratiæ, siquæ disponunt, & ac proinde quo maior dispositio est, plus gratiæ in Sacramento datur recipienti, vel ergo datur in eo instanti quo sacramentum absoluitur, & tunc dignificatur ab ea in opinione aduersa ad gratiam aliam vltiorem æqualis vt minimum perfectionis cum ea, quæ data est, est vltiores primo gradus gratiæ perfectiores primo nõ admittamus, sed æquales ac proinde in eodem instanti dispositiones illæ habebunt meritum congruum, & inæquale, & condignum, atque æquale respectu eiusdem præmij: æqualis vt minimum gratiæ, quæ in præmium congruum earum dispositionum data fuit, si autem vt hoc euetur dicas tunc non datur penitentem statim mori, & totum aliud absurdum concedere teneris. Tertio probo, quia implicat debitum vt obligationem debitoris, iusque & exigentiam creditoris in ipsum solutione illius quod debet augeri, atque præmium est solutio debiti merenti ex iure, & exigentia meriti: ergo implicat præmio meritum, & ius sui exigentiam meritum ad aliud augeri, seu dignificari. Quarto probo ratione quam in secunda sua solutione ad Vasquez argumentum attigisse videtur Becanus, & confirmat rationem datam ex Lugo: quia nouum meritum, nouat dicit necessario libertatem, etenim in merito opere honesto, & laudabili nostro, est determinatus valor, vt quatuor, vel vt quinque, atqui hic quidem intrinsecus actui huic honesto liberè elicit valor quatuor, vel quinque recipit præmij, siue congrui, siue condigni: ergo exhaustus totus eius valor meritiuus fuit, quin accedente noua præmij dignitate aliquid valoris in eo sit, quod dignificet vltius, aut eleuet ad præmium alterius: nam valor operis intrinsecus, atque ad quatuor tantum quæ iam recepit: ergo nequit augeri.

geri ad plura extrinsecus à dignitate, licet possit eleuari, vt ad toridem altioris ordinis esset, ni antea præmium totius magnitudinis suæ recepisset.

CERTAMEN III.

*Eadem negatiua conclusio efficacius probata nobis etiam arridet.*

1 **T**ametsi sententia absolute negans humanitatem potuisse mereri de condigno suam hyposthaticam vnionem ad Verbum, siue huius incarnationem simul tempore cum ipsa factam, per opera, quæ pro priori naturæ vnionis hyposthaticæ ab ipsa humanitate gratia habituali ornata procederet, adeo segniter à doctissimis eius Patronis probetur, vt vidimus. Nihilominus semper ex aliis principiis efficacius probanda visa nobis est, valdeque arrisit cum illam expressè ab Augustino non semel traditam videremus. Cùm enim Christi humanitatem non meruisse de congruo incarnationem, siue vnionem ad verbum simul tempore factam, ita eam negat, vt simul potuisse absolute, illam absolute meri expressè inficietur. Ita enim scribit serm. 8. de tempore. *Nunquid & ille homo prius vixit, & bene viuendo factus est Filius Dei.* Naturalis nimirum per vnionem hyposthaticam ad verbum. Ergo ex Augustini sententia quandiu exiit homo ille Filius Dei non potuit per opera humanitatis pro priori naturæ ad incarnationem, siue hyposthaticam vnionem ad verbum Filium elicita, incarnationem ipsam, siue vnionem hyposthaticam simul tempore datam promereri. Patet consequ. quia si simul tempore existens Filius Dei homo ille per humanitatis opera pro priori naturæ ad incarnationem, & vnionem hyposthaticam elicita promereri illam potuit, atq; per illam Filius naturalis Dei esse: ergo opus non fuit vt huic vnioni præuixisset, sique ipsam, ac in media illa Filius Dei esse promeretur, vt ibi asserit, vel potius vt certum supponit Augustinus.

2 Duo solum huic argumento responderi posse video. Primum loqui Augustinum in connaturali prouidentia, & de potentia ordinaria, non autem in prouidentia extraordinaria, atque absoluta potentia Dei. Illud enim satis erat, vt de facto non meruisse incarnationem ostenderet: siquidem Deum iuxta connaturali prouidentiam, atque potentiam ordinariam de facto tam in ordine naturæ, quam gratiæ operari credendum est, vbi de opposito non constiterit, vt in re præsentis non constat: quod autem connaturali prouidentia atque potentia ordinaria opera humanitatis pro vt gratia habituali ornata pro priori naturæ ad vnionem simul tempore factam elicita nequeant illam promereri constat, quia nisi hoc ita esset de facto illam promerita fuissent, vt enim modo dicebamus id in quouis ordine de facto effectum dicendum est, quod connaturalius in ordine illo est. Deinde quia si vt gratia habitualis radix omnium supernaturalium donorum est, ac proinde illa omnia debet connaturali prouidentia præcedere, ita vnio hyposthaticæ radix omnium donorum humanitatis vnitiæ est, ac proinde debet gratiam ipsam habituales in connaturali modo incarnationis exequenda præcedere. Quare non potest gratia habitualis vnionem hyposthaticam præcedere, vt opus erat ad eleuanda opera humanitatis ad proportionem aliqualem congruitatis, vt vnionem pro posteriori naturæ dandam de congruo mereretur. Secundo responderi posset Augustinum loqui de meritis sempelae planis ex viribus propriis humanitatis.

3 Cæterum, vt à secundo hoc ordiamur, distictum satis à nobis est, q. 1. cert. 1. n. 5. Rursus autem confutatur: quia meritis Pelagianis, atque propriis humanitatis viribus non minus repugnet humanitatem, seu hominum promereri vnionem hyposthaticam, cui præuixisset, ac temporarie antecederet, quam eam, cui temporarie neque antecederet neque præuixisset, & tamen Augustinus illam promereri potuisse si præuixisset tanquam certum supponit. Ergo merita de quibus ibi agit non sunt Pelagiana siue à naturalibus, ac propriis humanitatis viribus profecta. Sed neque amplius præstat prima solutio. Etenim licet posita pro priori naturæ vnione hyposthaticæ, vt de facto posita fuit radix omnium donorum supernaturalium, atque etiam gratiæ intelligatur. At vero gratia vt producat: vt connaturali prouidentia non petit ab vnione hyposthaticæ naturæ rationalis ad Deum oriri. Alioqui per extraordinariam prouidentiam ordinis adhuc supernaturalis, Angelis, & hominibus non vnitis hyposthatici Deo gratia semper donaretur, quod nisi ineptè dici non potest. Gratia vero ita est radix reitorum supernaturalium donorum, vt hæc à gratia tanquam à radice pendeant, ac proinde neque absque illa nisi per extraordinariam prouidentiam ordinis supernaturalis, vt fidei, & spei habitus in peccatore seruantur, fieri aut conservari queant. Quare æquè naturali prouidentia ordinis supernaturalis ni aliunde repugnaret gratia præcederet, atque modo sequitur vnionem hyposthaticam humanitatis. Sed vtramque solutionem eruat radicibus ipse Augustinus in eadem sententiam ita scribens c. 36. *Enchirid. numquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficium præstitum est, vt singulariter promeretur Deum? Ecce nec per singulare, & extraordinarium Dei, eiusque gratiæ beneficium, at prouidentiam, & potentiam Dei singularem, & extraordinariam fieri potuisse ait Augustinus vt bonis, & sanctis operibus mereretur homo, seu humanitas Christi vnionem hyposthaticam, ni sui vnione ad verbum vixisset prius: ac proinde, nec de potentia absoluta potuisse per opera humanitatis pro priori naturæ vnionem suam hyposthaticam simul tempore effectam congruè promereri, vt negatiua nostra sententia fert.*

4 Iam (quod hac in re longe est, vt vidimus, difficultus) ratione probanda est conclusio, quam reor fuisse Augustini, quæque in aliorum principiis nescio an inueniatur, cum tamen in nostris ipsa se facile prodar. Cum enim in illis indiuidua Christi humanitas, vt persona propria, ac suppositum creatum non sit, vt de fide certo non est, existat dependenter ab vnione actuali ad personam verbi sit, vt pro quocumque signo eius existentia (necessaria, vt sit causa, ac pro priori naturæ ad operandum, & merendum vnionem præcedat) adsit etiam dependentia ab vnione hyposthaticæ actuali ad verbum ex decreto Dei quo existentia humanitati donaturum tali dependentia ab vnione hyposthaticæ actuali, indispensabiliter adhuc diuinitus in eodem instanti temporis futura: ergo licet vnio pro posteriori naturæ ad existentiam humanitatis cum ea dependentia decretam, ponatur, liberum Deo donanti non est pro eo instanti vnionem humanitatis ad verbum ponere: ac proinde neque humanitati illam pro eo instanti habere, vel non habere. Sed quidquid meritum secundum se considerato habere, vel non habere, vel non habere contingens absolute non est, nec præmiaturo donare vel secus liberum non est materia premij respectu operum illius esse non potest, vt de se patet, fusiufque ostendimus controuersia de merito: ergo neque vnio hyposthaticæ verbi potest esse præmium operum humanitatis vnitiæ, ac proinde neque eius opera vnionis hyposthaticæ, hanc vt dixi, reor Augustino occurrisse rationem, atq; in eorum omnium Patrum testimonio contineri, qui supra dicebant humanitatem verbo in existere, in eoque sustentari, ab eoque suscepti, ea enim omnia, vt supra ostendebamus, entitatiua dependentia humanitatis in sui existentia, & entitate ab vnione actuali ad verbum aperte continentur.

## CERTAMEN IV.

*Potuit absolue Christus operibus anime pro  
priori nature vnita corporis vnionem  
ad verbum promereri de con-  
digno, secus de congruo.*

**P**refixa conclusio de merito congruo patet ex di-  
ctis. Etenim cum animi existentia decreta fuerit  
rependuntur ab vnione actuali, siue ad verbum pro-  
mereri de congruo, neque hæc dari in præmium ope-  
rum animæ pro priori naturæ ad sui vnionem hypo-  
sthaticam operantis: quia animæ existentia necessaria,  
vt pro priori naturæ possit operari, contingens non est,  
sed omnino necessarium verbo actualiter vniri: Respon-  
denter enim ab vnione actuali ad verbum data, ac de-  
creta à Deo est animæ existentia: quare nec diuinitus  
potest illam non habere, ac proinde vnio animæ ad  
verbum materia præmij respectu ipsius non est, vt nu-  
per in simili docebamus. Ex eo autem infertur iuxta  
dicta cert. 2. num. 5. & 8. non posse non opera animæ  
in eo instanti elicitæ vnione hyposthatice verbi digni-  
ficari, ac proinde vnionis hyposthatice corporis con-  
dignè solum meritoria esse posse. Cum enim dignitas  
personæ quæ in operum ipsius præmium data non est,  
sola sui assistentia operanti in instanti quo operatur,  
quin ex parte actus primi, seu operantis pro priori na-  
turæ eorum affectionem præcedat, illa dignificet, non  
vnio hyposthatice animæ hyposthaticè vnitæ in instan-  
ti quo operatur ipsius opera dignificare; ac proinde  
condignè meritoria vnionis hyposthaticæ ad verbum  
constituere. Hinc autem aperte conuincitur non posse  
tunc eadem opera esse congruè meritoria eiusdem  
vnionis hyposthaticæ corpori ad verbum sine contra-  
dictione manifesta: quod scilicet idem opus animæ si-  
mul atque instanti eodem eidem præmio æquale, &  
inæquale meritorie sit, cum congruitas meriti respec-  
tu præmij dicat operis inæqualitatem vt cert. 4. ex-  
penebamus cum Vasq.

2. Conclusio vero secunda de possibilitate absoluta  
meriti condigni vnioni corporis ad verbum ab operi-  
bus animæ vnitæ hyposthaticè ad verbum est con-  
tra eos Doctores qui partes compositi substantialis  
incapaces substantiæ partialis, siue propriæ, siue aliene  
defendunt. Item contra eos qui de facto animam,  
& corpus non nisi vnione indiuisibili totius humani-  
tatis assumptas fuisse à verbo decuerunt. Etenim si  
vnio hyposthatice animæ, & corporis ad verbum ead-  
em prorsus, & indiuisibilis est, nequit animæ opus  
ad vnionem corporis cum verbis dignificare, quin ad  
seipsam promerendam ea dignificet, ac proinde seipsam  
prioritate naturæ præcedat, quod est manifestè impos-  
sibile. Solum ergo habet locum conclusio in eorum  
opinionibus, qui vnionem hyposthaticam animæ ad verbum  
diuersam, diuersam ab vnione hyposthatice corporis  
ad verbum idem nobiscum defendunt, ex quibus om-  
nes ferè Recentiores secundam hanc nostram conclu-  
sionem tuerentur. Sed aduertunt tamen plerique con-  
clusionem intelligendam de operibus animæ vnitæ hy-  
posthaticè verbo pro illo priori nondum vnitæ  
corpori, ac dependenter ab illo operantis. Ego vero  
horum principijs nihil ad rem præsentem referre iudi-  
co discrimen. Etenim licet operationes animæ depen-  
denter à corpore cui est vnita vnionem cum illo ad suo-  
rum operum effectiorem pro priori naturæ supponant:  
at in horum principijs non supponit vnionem corpo-  
ris ad verbum, nec necessitatem habendi actualem vnio-  
nem in corpore, aut in Deo illam ipsi inuitabiliter  
conferendi: Quare nihil est quo corporis posterius na-  
tura futura vnio materia præmij, ita etiam operantis  
animæ vnitæ hyposthaticè esse non possit. Licet in no-

stris principijs non sine ea distinctione conclusio hæc  
defendi queat vt statim ostendam.

3. Dico ergo per opera animæ hyposthaticè vnitæ,  
atque ex vnitæ pro illo priori corpori, ac independen-  
ter ab illo operantis potest anima vnionem hyposthati-  
cam corporis de condigno promereri: quod satis est ad  
prolatæ concl. huius 2. veritatem, vt patet. Probatur.  
Quia animam hyposthaticè vnitam, nondum vnitam  
corpori operari independenter ab illo pro priori natu-  
ræ ad vnionem absolute non repugnat: ita vero opera-  
te eius opera ab vnione hyposthatice, quam pro eo in-  
stanti, vel tempore operationum independenter ab illi  
habet, est omnino necessarium, vt n. 1. monstrabamus.  
ergo eiusmodi operationes animæ essent meriti infiniti,  
ergo æquales: imo excederent in valore meritorio  
præmium illud vnionis hyposthatice corporis ad ver-  
bum, vt præmium condignum, imò condigno minus  
à Deo donari. Præfatæ omnes consequentiæ ita sunt  
antecedenti connexæ, vt probatione non indigeant. At  
dicere aliquis posset vnionem hyposthaticam corporis  
nihil ad dignitatem animæ iam vnitæ conferre: cum  
ipsa iam habet summam & creatis vnionis hyposthatice  
diuinæ dignitatem, quam sua illa vnione ad verbum  
præhaberet: Sed enim negari mihi à sano Theologo  
potest, æquoque, ac prudenti rerum æstimate, multum  
dignitatis animæ accrescere, ex eo quod vnio hy-  
posthaticè ad verbum, corpori vnitur, atque abso-  
cietur.

4. Dico insuper, per opera dependenter à corpore  
sibi vnito, anima vnita etiam hyposthaticè verbo de  
condigno corporis hyposthaticam vnionem ad verbum  
idem promereri. Huius assertionis probationem re-  
tate aliquis inde posset: quod parti compositi vnitæ ver-  
bo comparis alterius vnio ad verbum idem debeat  
tunc iure compartium mutuo, tum quia vnione illa par-  
tis alterius ad verbum ponitur substantia aliena par-  
tialis, quæ compleri nequit nisi vnione partiali aliena  
substantia partis alterius media vnione ad idem ver-  
bum partis alterius, scilicet corporis. Partis au-  
tem substantiæ totalis debere compartem aliam,  
sicut cuiuslibet parti alteri, vt rotam substantiam,  
& suppositum componat per se ipsum omnibus entibus.  
Verum inualidè inde pro hac arguitur conclusio.  
Ex eo enim quod compositi pars dependenter ab vnio-  
ne ad verbum producatur, & existat, non petit quod  
alia eadem dependentia existat, ac producatur, vt patet.  
Vnde etiam constat non esse substantiam partialem  
alienam, seu partem substantiæ alienæ, ac proinde totum  
cessat argumentum. Sed eo toto admisso adhuc  
non tenet, id enim quod à Deo exigitur à creatura, vt  
iure illo naturæ quali quali, eo præcisè à materia præ-  
mij non extrahitur quare, & sub eius creaturæ men-  
tum cadere optimè absolute potest, vt de merito Chris-  
ti agentes videbimus.

5. Solida ergo huius conclusionis probatio ea solu-  
modo est, quæ ex nostris principijs facili negotio de-  
ducitur: quia nimirum vnio animæ, & corporis, ac  
dependentia animæ à corpore in operando, supponit  
corporis existentiam ad animæ sic operantis operatio-  
nes. Ea vero existentia corporis, quæ sola de facto fuit  
posita, nec corpori contingens fuit vnionem ad verbum  
tunc habere actualem, nec liberum Deo illam conferre  
corpori, sed omnino necessarium, ac proinde eiusmodi  
vnio actualis corporis ad verbum materia præmij non  
est, vt non semel proximè ex controuersia de merito  
docebamus. Quod autè existentia corporis, quæ sola de  
facto fuit habere actualem vnionem ad verbum non sit  
contingens, ex dictis etiam proximè liquet. Eius quippe  
existentia decreta à Deo fuit dependenter ab vnione  
actuali corporis ad verbum (vt opus esse docuimus, vt  
verbum totam integræ humanitatem, quæ corpus  
etiam constat, catholicè assumpsisse, suscepisse, ac sus-  
tenuisse dicamus, neque solam animam, vt heretici me-  
morati, & confutata supra aiebant) si autem fuit cum  
ea dependentia corpus, eiusque identificata existentia à  
Deo decreta, atque producta, ex vi eius decreti deter-  
minata

minatus, & coactus mansit Deus ad conferendam corpori in illo instanti actualem unionem cum verbo. Nusquam igitur indifferens, ac liber ad eius collationem ut dicebamus.



QVÆSTIO III.

De merito Patrum erga unionem hyposthaticam humanitatis, seu Incarnationis substantiam.

**P**ATrum nomine Christo duratione, nec solum humana generatione antecessores omnes comprehendimus, eadem quippe est, de progenitoribus, ac de antecessoribus aliis ad meritum substantiæ incarnationis, seu unionis hyposthaticæ humanitatis ad verbum difficultas. Procedit autem quæstio, & de factò, & de possibili, atque in providentia quæ de factò esse absolutè potest.

CERTAMEN I.

De factò antiquorum Patrum nemo unionis hyposthaticæ, sive incarnationis substantiam suis promeritus, neque in ordinaria providentia possit.

**I**N antiquos Patres unionem hyposthaticam, humanitatis Christi, seu verbi incarnationem secundum substantiam congruè fuisse de factò promeritos docuere Caietanus, & Medina tertia parte, quæstione secunda, articulo nono. Valentin. disputatione prima, quæstione secunda, puncto 9. Soarez disputatione decima, sectione sexta, Aluarez disputatione decima-septima, Cabrera disputatione decima-quinta, Ragusa, ac tandem Granad. controuersia prima de incarnatione, tractatu decimo-quarto, disputatione septima, numero octauo, alijque ex Thomistis Recentiores. Negatiuam vero in quæstione de factò conclusionem docuit Alexander tertia parte, quæstione octaua, medio tertio, articulo secundo, Marsil. in 3. quæstione quinta articulo primo, conclusione tertia, & quarta, atque articulo tertio, dubio primo, conclusione prima, Scotus in ... d. 2. quæst. 1. §. Ad primum. Solutione 3. quem consensu sua schola sectatur Panthusa de prædest. & gratia capite 10. seu ardentius in Irenæi aduersus hæres. librum primum cap. 2. num. 2. venerabilis Pater Canisius 2. de Deipara post initium, ubi eam communem Theologorum sententiam appellat Vasquez disputatione 22. cap. 4. Petrus Vvadingo disputatione 10. dub. 8. Bernal. disputatione 17. sect. 2. Lugo, & tot Recentiores, ut communis iam Theologorum, hac præcipuè post Canisium ætate, merito haberi dicique possit, eique & nos libenter proinde subscribimus, & quia Scripturæ, & Patribus. (quod plurimum hinc in Theologicis rebus curandum nobis est) aliisque solidioribus Theologiæ bonæ principiis videmus conformiorem.

2. Probatum conclusio. Primo ex Ioanne 3. Luc. 1. ad Thitum 3. ad Ephes. 2. & ex psalm. 82. aliisque innumeris Scripturæ locis, quibus verbis Filij Dei incarnati.

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnati.

tio misericordia, gratia, meraque Dei charitas erga homines nuncupatur; atque nihil horum propriè fuisse, si ex hominum meritis adhuc congruis contigisset, ergo non ex meritis hominum incarnatio contingit Verbi. Minorè probat facile argum. Patrum Aug. Prosp. & aliorum contra Pelagianam, ac Semipelagianam merita gratiæ adeo per exigua, ut vix merita ab eis discederentur, sed an & occasio quædam gratiæ nobis à Deo conferendæ tenuissima: & tamen arguebant Patres contra illa. Ex eis per exiguis meritis gratia nobis vocationis à Deo confertur. Ergo iam gratia non est gratia. Secundo probat Bernal. Christus decretus fuit ut Patres omnes iustificarentur, ac mererentur apud Deum ex gratia ipsius ut dogma Theologicum est, si Adami gratiam auxiliantem, & iustificantem in statu innocentie, & ante lapsum excipias: ergo non est decretus quia Patres ipsum fuisse promeriti, consequentia imo, & antecedens est Patrum, qui ex illo Pauli ad Ephesios. 1. *Elegit nos in ipso, ut essemus sancti.* Sic contra Pelagianos, ac semipelagianos inferunt, ergo non qui fuerunt eramus sancti, & ex Apocal. *Agnus qui occisus est ab origine mundi: iuxta concordem Patrum, & Theologorum interpretationem Christus, seu humanitas eius vnita verbo hyposthaticè principium fuit omnis meriti, & gratiæ sanctorum Patrum: ergo eiusmodi gratia, & merita sanctorum Patrum non poterunt mereri incarnationem, seu unionem hyposthaticam.* Probatum consequentia vnio hyposthaticæ seu incarnatio secundum substantiam fuit principium omnium meritorum sanctorum Patrum in connaturali prudentia, quæ de factò est, ut locis datis scriptura testatur. Estque dogma catholicum: est principium meriti nullum potest cadere sub meritum, cuius est principium: ergo vnio hyposthaticæ, atque incarnatio secundum substantiam nequit cadere sub merita Patrum, quorum est principium in ordinaria, & connaturali providentia gratiæ quæ de factò fuit. Minor est etiam Theologorum axioma. Confirmatur, & axioma hoc, & totum argumentum. Quia ideo negatur à Theologis omnibus Christum meritis vnione hyposthaticæ dignificari meruisse ipsam vnionem, hyposthaticam; quia principium meriti nequit sub meritum cadere: cum alias quidquid possibile est mereri ob meritum Christi infinitatem, eiusque gloriam ipsius meritis, concedendum necessario sit. Huius argumenti solutiones varias, atque axiomatis eius interpretationes reiciam de merito Christi agens.

3. Probatum à ratione conclusio, ac simul negatiua etiam conclusio de potentia etiam ordinaria, ac providentia gratiæ quæ de factò est. Quia ut Paulus nuper aiebat ad Ephesios. 1. *Elegit nos in ipso ut essemus sancti, & ex Apocal. Agnus qui occisus est ab origine mundi: iuxta concordem Patrum, & Theologorum interpretationem Christus, seu humanitas eius vnita verbo hyposthaticè principium fuit omnis meriti, & gratiæ sanctorum Patrum: ergo eiusmodi gratia, & merita sanctorum Patrum non poterunt mereri incarnationem, seu unionem hyposthaticam.* Probatum consequentia vnio hyposthaticæ seu incarnatio secundum substantiam fuit principium omnium meritorum sanctorum Patrum in connaturali prudentia, quæ de factò est, ut locis datis scriptura testatur. Estque dogma catholicum: est principium meriti nullum potest cadere sub meritum, cuius est principium: ergo vnio hyposthaticæ, atque incarnatio secundum substantiam nequit cadere sub merita Patrum, quorum est principium in ordinaria, & connaturali providentia gratiæ quæ de factò fuit. Minor est etiam Theologorum axioma. Confirmatur, & axioma hoc, & totum argumentum. Quia ideo negatur à Theologis omnibus Christum meritis vnione hyposthaticæ dignificari meruisse ipsam vnionem, hyposthaticam; quia principium meriti nequit sub meritum cadere: cum alias quidquid possibile est mereri ob meritum Christi infinitatem, eiusque gloriam ipsius meritis, concedendum necessario sit. Huius argumenti solutiones varias, atque axiomatis eius interpretationes reiciam de merito Christi agens.

4. Sed dices Adamo in statu innocentie data fuit à Deo gratia, tum auxilians, tum iustificans independentè à meritis Christi. Ergo potuit in ea providentia gratiæ, quæ de factò fuit, incarnationis verbi substantiam, atque unionem hyposthaticam humanitatis ad ipsum promereri, operibus, quæ in eo statu potuit absolutè efficere. Argumentum hoc ab eis assumi nequit, qui Christum decretum ante Adami existentiam absolutam aiebant, ac proinde vnionem hyposthaticam Christi fuisse principium gratiarum omnium, quæ Adamo etiam in statu innocentie, fuerunt à Deo collatæ. In nostris vero principiis licet probatio proxima locum absolutè non habeat, habet tamen locum probatio respectu gratiæ, quæ in eo etiam statu ad alia virtutum exercitia, præter obedientiæ, atque obseruantie impossiti præcepti collata Adamo ex meritis Christi fuit, atque à transgressione præcepti non retrahat, neque

H h h que

que ad eius inducebat obseruantiam, ac proinde non supponebatur ad transgressionis peccatum ex cuius prouisione absoluta, ad cuiusque remedium decreuit a Deo Christus fuit. De ea vero gratia quæ Adami transgressionem re ipsa præcessit, atque ex meritis Christi in nostra sententia non fuit, in qua proximum argumentum locum non habet, ac videtur obiectio procedere. In primis conclusionem primam, quæ de facto est, nihil præstat. Licet enim gratia illa ad obseruantiam præcepti per Christum, siue ex Christi meritis non fuerit, aut cum effectu obseruationis præcepti caruerit, nullum ex illa meritum cum Adamo profectum est, cum vicerit potius in illo tentatio, fueritque potius Adami transgressio, atque peccatum. Solum ergo conuincet vt summum, obiectio possibilitatem absolutam, siue potentiam absolutam Adami, ad merendam vniõnem hypotheticam, siue incarnationem, quam quidem potentiam habuit, cum eam habuerit ad obseruandum præceptum ex gratia, quæ Christi meritis non innitebatur, ac proinde in prouidentia gratiæ, quæ de facto fuit, vt dicebatur in obiectio.

5 Verum neque id in eiusmodi prouidentia probat. Etenim in prouidentia quæ de facto fuit, nec verbum incarnaret, neque Christus veniret, nisi Adamus præcepti transgressionem peccaret: ergo potentia quæ in Adamo fuit, ad non peccandum per transgressionem erat potentia, vt Christus non veniret in ordinaria prouidentia quæ de facto fuit aduentus Christi, & incarnationis Verbi diuini. Ergo non potuit esse potentia mundi aduentum Christi, & incarnationis secundum substantiam in prouidentia ordinaria, & quæ de facto fuit aduentus Christi, & incarnationis Verbi diuini. Consequentiam hanc probo. Etenim potentia merendi aduentum Christi, & incarnationis substantiam per suum actum nequit identificari cum potentia, vt per illum non veniat. Explicatur visillationis: nam potentia vt veniat, est potentia non quidem merendi, & obseruandi præceptum, sed potius demerendi, & peccandi per transgressionem præcepti, ob quam ita venit, vt alias in prouidentia, quæ de facto est non veniret: potentia autem ad merendum, & obseruandum, est potentia ad id quo posito non veniret Christus, nec esset incarnatio in eius prouidentia, quæ de facto fuit. Ergo si potentia merendi per obseruationem, esset potentia merendi, vt veniret Christus in prouidentia aduentus quæ de facto fuit, esset potentia merendi, vt veniret per id quod in ea prouidentia venturus absolute non erat: ac proinde esset potentia absoluta ad coniungendum duplex contradictorium, siue ad merendum impossibile in prouidentia, quæ de facto fuit, quæ aperte repugnant.

6 Sed licet hæc contradictio non obfaret, atque gratiæ omnes reliquæ non præsuppositæ ad transgressionis peccatum in Adamo ipsi à Deo merè gratuite, & liberaliter, ac non ex meritis Christi collatæ fuissent, in quibus, & merito inde profecto Adami cessat proculdubio contradictio, adhuc posita prouidentia quæ de facto est aduentus Christi, & ex qua sublato Adami peccato Christus non veniret adhuc eiusmodi merito Christi aduentum, & incarnationis substantiam Adamus promereri absolute non potuit. Probat: quia in ea prouidentia promereri Adamum aduentum Christi absque ipsius peccato non venturi esset mereri reparationem post lapsum, quod nemo de condigno promereri potest de facto, atque in ordinaria prouidentia, (vnde ad potentiam, & prouidentiam absolutam consequentiam facile deducemus. vt docent sanctus Thomas 1. 2. quæstione centesima decima-quarta, vel vigesima quarta, articulo septimo, eiusque interpretes omnes ad vnum. Soares 22. de gratia, capite decimo-septimo, & communiter tam antiqui, quam Recentiores Theologi: estque me iudicè de fide ex 18. Ezechiel. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius non recordabuntur. At si amissa gra-

tia per peccatum restitueretur ob merita condigna ante acta iusti, recordarentur. Secundo sæpè in scriptura, & Conciliis statuitur gratis nos iustificari, non solum primo ab originali, sed & vltimis ab actualibus vt communiter Theologi interpretantur: ergo non ex meritis antea actis condignis. Tertio quia alius qui simul iustus fuisset, ac mereretur, in gratia decederet; tandem, etsi sæpius laberetur vita; qui quidquid condignè à Deo mereretur infallibiliter ex diuina promissione consequitur: ergo nullus qui semel iustus fuit, damnabitur, sed necessario gloriam consequetur, quod est contra Tridentinum dicentem sessione sexta, capite decimo-sexto, iustos consequuturos gloriam, quam promerentur, si tamen in gratia decesserint, vbi eam conditionem iustis deesse potest supponit.

7 Hæc quidem de facto solum probare videtur de merito condigno reparationis post lapsum non fore; Ast si duæ illæ probationes ex Scriptura peterentur, satis meriti condigni absolutam possibilitatem impugnant. Etenim licet Deus absolute possit denegare præmium meritis nostris etiam condignis, aut nequit merito quod ex gratia condignum est, condignitatem auferre, nisi auferendo gratiam operantis, qua condignum redditur. Hanc autem nequit Deus auferre iusto operanti ex suppositione quod iustus sit dum operatur vt in casu nostro, quæ de facto non meretur iustus reparationem post lapsum, nec illam absolute potest mereri, & quidem durus nimis erga amicos suos Deus foret, si id quod absolute ipsi mereretur, statua à Deo lege denegaret. Secundo eadem impossibilitas absoluta improbat, quia dignitas operis à iusto elicit respectu gratiæ conseruandæ, est non absolute quidem, sed sub conditione quod non apponatur peccatum, vel quod apponatur gratia. Prima conditio implicat cum reparatione peccati, quæ esse nequit nisi fuerit appositum. Secunda est nugatoria condignitas meriti: quod scilicet reparatur peccatum, si per gratiam reparatur, quod ius sine vilo merito omnes habemus. Consequentia illa probatur: quia non est maior dignitas operis ad remissionem peccati seorsim, quam ad gratiam seorsim imo minus esse debet, cum in remissione peccati, vtrumque de lege ordinaria claudatur. Inde arguo tertio, quia condignitas meriti gratiæ impeditur saltem, ac mortificatur per peccatum etiam subsequens, vt patet in merito condigno gratiæ, & gloriæ quod peccatum subsequens mortificatur, & impeditur: Ergo si esset condignitas meriti ad reparationem post lapsum, esse condignitas vt ipsa subsequente peccato non impediretur, quod repugnat. Denique condignitas operum solum est vt dona supernaturalia gratiæ, & gloriæ, quin ad eorum durationem extendatur: alioqui semel iustus condignè mereretur suæ gratiæ conseruationem, nec posset damnari, non autem illam meretur, quia vltra entitatem gratiæ qua eius meritum exhauritur, & soluitur, eius conseruatio est. Ergo multo minus extendetur ad reparationem post lapsum, quod merito quidem maius est.

8 Hæc contra Ripaldam dixerim qui disputatione nonagesima quinta sect. secunda, singulariter, ac contra viribus contendit posse absolute loquendo iustum mereri de condigno sui reparationem post lapsum. Ea vero satis probant Adamum non potuisse de condigno mereri reparationem post lapsum per meritum adeo excellens atque fuit, Verbi incarnatio, & Christi Domini aduentus, adhuc per illa opera quæ ex meritis Christi non forent: nec maiori multo difficultate probabitur in prouidentia, & decreto, quod de facto de aduentu Christi fuit, non potuisse de congruo adhuc illis ipsis operibus incarnationem Verbi, & Christi aduentum promereri. Etenim licet verum sit iustum posse absolute promereri de congruo reparationem sui & gratiæ post lapsum (imo

(imo de facto, & cum effectu illam promeretur efficaciter, vt docent sanctus Bonaventura in 2. disputatione vigesima-octava dubio secundo. Scotus cum suis in 4. disputatione secunda, quæstione prima, articulo secundo Soar. 12. de gratia capite 38. numero sexto; Ripald. proximè lectione tertia; Quijedo 1.2. tract. 9. controu. 7. punct. 3. & suadet ratio quia peccatum solum opponitur dignitati meriti, quæ iustitia operantis est, non autem congruitate, tum quia peccator actualis meretur de congruo reparationem sui, & gratiæ, elemosinis piisque operibus, & orationibus, quas pro sui reparatione à lapsu inutiliter ad Deum non fundunt; tum quia sanctitati vitæ affuerit, facilius à lapsu refurgunt: ex merito nimirum congruo ante actæ in iustitia vitæ) ac proinde id etiam illis Adami operibus dare merito possumus, vt reparationem gratiæ post lapsum congruè mereretur; ac vero reparationem à lapsu, & gratiæ restitutionem per incarnationem Verbi, & aduentum Christi, seu quod idem est mereri vt Verbum incarnaretur Christuque veniret, vt ipsum post peccatum repararet, adeo excellēs præmiū est, vt à iusti Adami meritis per peccatum subsequens transmissis; seu transmittendis, omnem etiam congruitatem, & proportionem meriti congrui abolet, nec Deus in tanti boni collatione ob illa liberalis solum remunerator, vt meriti congrui remuneratione solet, sed prodigus suorum donorum monstraretur.

CERTAMEN II.

*In alia prouidentia potuerunt Patres substantiam incarnationis mereri de congruo ac fortasse de condigno.*

1 EX duabus præfixis conclusionibus prima quæ de merito congruo sanctorum Patrum erga vnionem hyposthaticam humanitatis Christi, & incarnationis substantiam est, à Theologis admittitur communiter, facileque ex dictis probatur: quia in alia possibili prouidentia gratiæ potuit hæc sanctis Patribus donari à Deo non ex meritis Christi (vti Adamo in statu innocentie plura Dei dona independentè à meritis Christi data fuisse, ne dicam omnia, certum nobis est) tunc autem neque eorum gratiæ, neque meritum principium esset incarnatio, ac Christi: quare licet ipse existentiam sancti mererentur Patres principium meriti non caderet sub merito. Insuper in ea prouidentia possibili munerì sanctos Patres, etiam Adamum aduentum Christi non esset mereri Christi aduentum post lapsum, & peccatum: in ea quippè prouidentia veniret, etsi nullum adesset peccatum reparandum. Denique possent sancti Patres excellentiam meritum ex illa gratia habere, quibus sua aliquis adesset proportio cum præmio tanto, puta actuum supernaturalium, vel heroicorum ex naturalibus, vel cumulum ex naturalibus pluribus, vt Deus eis meritis annuere sine prodigalitate nota posset; neque enim vt bene Bernal. minutulus quous virtutis opus, v. g. assis elemosina iusti hominis vnionem, seu incarnationem de congruo meretur.

2 Quoad possibilitatem vero meriti condigni sanctorum Patrum erga vnionem hyposthaticam humanitatis Christi, siue erga substantiam incarnationis non ita conuenit Doctoribus. Eam vero conclusionem tradunt Medina 3. p. quæstion. 2. citata Soar. supra sect. 5. Granados disput. 7. num. 4. ita vero vt Patrum meritis non nisi ex promissione Dei adiuncta condignitas possit obuenire. Atque ea etiam adiuncta nondum sit condignitas perfecta. Displacet vtrumque. Licet enim à Dei promissione operibus efficacia in ordine ad præmium consequendum, siue illius consequendi infallibilitas adueniat iuxta doctam Sancti Thomæ doctrinam aut condignitas ad præmium nequit illis inde prou-

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

nire, sed ex intrinseca operum laudabilitate, atque honestate, & dignitate operantis omnino coalescit, vt controu. de merito cum Val. ac solidioribus Theologis ostendebam. Quare si Sanctorum opera seclusa Dei promissione eam qualem condignitatem meritum respectu vnionis non habent, è Dei promissione illam habebunt.

3 Secundo implicat initium è promissione Dei esse condignum respectu vnionis, ac non esse in eorum, atque omnium sententia perfectè, ac simpliciter condignum. Etenim condignitas licet æqualitatem proportionis in æstimatione morali operis cum præmio (licet non mathematicam, vt male nonnulli æstimant, sed quæ magis, & minus non nihil patiat, vt in iustis rerum prætiis contingit, quæ summū medium, & infimū, non obstante æqualitate eorum cum rebus, quam eo quod iusta præmia sint important, esse possunt) vel ergo posita Dei promissione vnio humanitatis Christi esse præmium, vel prætiū iustum aliquo ex dictis modo meritum SS. Patrum, vel non. Si esset: ergo perfectè condignum, si non esset, non esset condignum: sed solummodo congruum: quare, & additum illud *imperfectè* diminuens erit, ac meritum à condignitate, quam conclusio sonabat, ad congruitatem demitteret. Ad hæc, cum posita dignitate honestè, & laudabiliter operantis, dignitas meriti respectu præmij sola expectetur in horum sententia promissio Dei ad absolutam meriti condignitatem, nescio quo pacto absoluta, & perfectè condignitas in SS. Patrum meritis respectu vnionis in eorum præmium promissæ esse non possit.

4 Si autem ea concl. quam subdubius solum propono, alicui absolute placuerit, probanda ita erit. Quia licet vnio hyposthaticam reliquis Dei donis excellentior sit; aut finitum tandem, ac creatum donum est, vt pote quid absolute creatum: ergo merito aliquo finito, & creato hominis iusti æquari demum poterit absolute; alioqui non finitum, & creatum, sed infinitum, & increatum donum erit, vt arguebam controu. 2. d. 3. pro possibilitate satisfactionis à pura creatura, pro macula, offensa, & debito obiectiuo peccati mortalis. Solutiones in re simili datas præoccupauimus. Dices ex vnione hyposthaticæ infinite sanctæ euadit humanitas, ex vnione formaliter infinite sanctæ euadit humanitas, etenim non ex vnione formaliter infinite sanctæ euadit, sed ab extremo diuinæ naturæ, & personæ, quam quidem non meretur in se, sed eius vnionem, (sicut iusti non Deum, sed eius visionem merentur) licet ad præmium ij effectus necessario consequantur. Dices secundo: merita iusti respiciunt de se vt præmium æquale, gratiam, & gloriam; ergo nequeus respicere vnionem hyposthaticam longè eis donis maiorem, vt præmium æquale, quod etiam æquale est longè minori, nequit longè maiori æquale esse, verum citata d. 3. q. 6. ostendi merita iustorum de se non respicere determinatè gratiam, & gloriam, tanquam præmium, licet à Deo in prouidentia quæ nunc est, in eis solum donis præmium ita lege donetur.

5 Sed quoniam id quod datur gratiæ, & gloriæ in præmium condignum, quodque ex aliis donis supernaturalibus donari operibus iustorum absolute posset à Deo, est minus, quam vnio hyposthaticæ humanitatis, adhuc videtur difficultas persistere, ac non posse esse æquale merita vlla iustorum; quæ dono à Deo minori æqualia sunt dono à Deo maiori vnionis hyposthaticæ, quam sit tota aliorum supernaturalium donorum collectio, quæ condignè omnium iustorum meritis responderent. Hoc quidem vrgentissimum contra præfata conclusionem argumentum est, & quod solum dubium me de ipsius veritate fecit: cui tamen dupliciter responderet. Primo, distinguendo in dono illo bonitatem, seu æstimabilem entitativam, & moralem in se, atque aliam reatiuam, & respectu merentis, ac subiecti, & de bonitate, & æstimabilitate entitativa morali etiam doni illius in se dubium non est maiorem longè esse æstimabilitate, ac bonitate morali in se totius coniuncti aliorum omnium

H h 2 nium

niūm donorum supernaturalium possibilem: ac vero in relativa, siue in ordine ad subiectum merens non ita certo æstimo esse maiorem. Vnio quippè hypothesis humanitatis alienæ non adeo bona est, atque æstimabilis merenti, atque cumulus illa supernaturalium donorum eius humanitati concessus, et si non in tota extensione, & intensione eorum possibile: quare si ab vnione hypothesis alienæ humanitatis huius excellentias ex illa captas segreget, atque vnionem hypothesis ipsam non vt subiecto alicui adiunctam, sed quatenus extrema, vt extrema solum concernit, vel vt ita dicam nulli inhaerentem, minorem æstimabilitatem habet rationalem, quam gratiæ, & aliorum supernaturalium inhaerentium subiecto, valor respectu merentis, ac subiecti: sicut ingens pecuniæ summa non mea, aut alterius minoris sit, quam longè minor, quæ mea sit, aut alterius.

6 Respondeo secundo, argumentum hoc vt summum conuincere non posse iustos, sanctosque Patres ac solum dignitate præditos, quam gratia habitualis eiusdem speciei cum ea, quæ in hac prouidentia datur, conferre potest, non posse vnionem hypothesis de condigno mereri, ac vero cum gratia habituali alterius speciei nobilioris, & perfectioris (quam possibilem esse citata disputatione 3. quæstione 6. docebamus, atque in Christo eiusque Matre existisse nescio quo absurdo concederetur) non posse illam de condigno mereri minimè probat. De ea enim non ita constat æquare opera adeo excellenter iustificati præmio gratiæ, ac gloriæ, ac proinde non posse æquari superiori dono vnionis hypothesis. Denique in beata Virgine fuit dignitas Matris seu maternitas, in qua nulla apparet repugnantia, vt eius opera dignificet ad meritum hypothesis vnionis, ni eam supponeret existentem: ac proinde non ex inæqualitate meriti, sed ex suppositione principij ad eius opera meritoria vnionem hypothesis Christi mereri non potuit. Cur autem vnionem hypothesis Spiritus sancti quantum ex se est ipsius opera non meruerint, non satis percipio. Præsertim cum eam Christo corredemptricem mundi Patres, ac Theologi fateantur, quod è gratia habituali vlla condignè fieri, vt specialis Deiparæ prærogatiua sit Theologi communiter inficiantur: quare in eorum principijs ex sola dignitate maternitatis corredemptricis per sua merita dignitas specialis Deiparæ potest defendi.



#### QVÆSTIO IV.

*An Christi progenitores, tales suo quisque gradu esse promeriti fuerint, aliasque Incarnationis circumstantias.*



**D**E merito Virginis erga Dei maternitatem, quam habuit, ac de aliis remotioribus Christi progenitoribus, auis, atavis. &c. Erga suam quisque Christi remotiorem progenituram inquirimus: quæ omnia, quia incarnationis circumstantiæ sunt cum absque eis incarnationis subsistentia esse potuerit, eorum occasione de circumstantiis aliis incarnationis an potuerint sub horum, aliorumque sanctorum Patrum meritum cadere, anque de facto ita ceciderint, examinabimus.

### CERTAMEN I.

*Meruit suam Deipara Christi Maternitatem.*

1 **B**eatissimæ Virgini erga suam Christi maternitatem negasse absolutè meritum video Vincentium de gratia Christi, qu. 5. art. 3. dub. 2. Lorcan d. 22. Siluium q. 2. art. 11. Vvadingo disp. 10. dub. 8. quibus licet fauere Soarius videatur, d. 10. negans circumstantias antecedentes incarnationem sub meritum venisse de aliis intelligendus est, à maternitate cuius meritum Deiparæ absolutè, & expressè concedit; ne à seipso discorderet. Cæteri vero Theologi eiusmodi meritum in Virgine recognoscunt, S. Thom. q. 2. art. 11. ad 3. ubi ferè eius omnes interpretes Caiet. Med. & Aluar. Item in 3. d. 1. q. 3. art. 1. ad 6. ubi etiam S. Bonau. 2. 1. q. 2. Gabr. q. vnic. art. 3. dub. 3. Almainus q. 3. dub. 3. sine. Marfil. q. 5. art. 3. dub. 3. concl. 3. Abulen. paradox. 1. 34. Valent. q. 2. p. 8. Valq. d. 23. per totam. Soar. d. 10. lect. 7. & 8. Granad. proximè d. 8. lect. 5. Lug. d. 8. 15. Bernald. 17. lect. 4. Ragusa, vterque Hortado; reliquique et nostris, atque exteris Theologi Recentiores, quibus & nos assentimur. Cum enim tantam Virginis Mariæ prærogatiuam Patres, & Ecclesia elata prædicent vocem, eam licet grauis difficultatis, tamen multas alias theologicas minimè desiderandas conclusiones perurgantibus nutu communi Dei, hominumque parentis denegare apertè esset à pietate deficere, ac fortasse nobis præ cæteris inhonestius qui eiusmodi difficultatis tam cum hac, quam cum aliis conclusionibus componende apertam habemus viam monstrandam controu. 6. d. 2. qu. 5. cert. 5.

2 Probatum primo. Meritum absolutè Deiparæ erga Christi maternitatem ex 1. Lucæ num. 45. Ellabesth. Beata que creditur quoniam perferentem in te que dicitur tibi. Ad quæ August. serm. 13. de temp. quem christum, non concupiscentia carnis, sed obedientia genuit mentis. Sciam vero Mariam, quia respexit humilitatem ancille sue, inquit ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ad quæ etiam Augustin. sermone 18. de Sanctis: o fides obedientia; o insignis gratia, que dum fidem humilitatis dicit, talis in se corporauit opificem. Hinc promeruit illam gloriam. &c. Ecce ait ex hoc &c. Basil. homil. 8. de sancta, fuit humana Christi generatione. Propter vite, inquit, puritatem beatam Virginem electam fuisse in matrem Dei. Ac rursum præ aliis feminis ad maternitatem Dei hominiam electam ait: quoniam nulla puritate par Maria repererunt August. serm. 10. de natiuit. siue 14. de temp. Talis est gignit Virgo que tantum haberet meritum, vt Filium Dei in se susciperet. Consonat sibi de natura, gratia, cap. 36. de sancta virginitate c. 4.

3 Nec minus apertè Ambrosius in eadem scripta sententiam epist. 28. & 82. Quanta sit Virginitatis gloria que meruit à christo eligi: vt esset etiam corporale Dei templum: Deum nimirum sua carne vestiendo, vestitumque fouendo, ac 2. de Virginib. sub initium, que digna fuit ex qua Filius Dei nasceretur. Consonat sibi lib. 2. præparat. ad Missam Chryso. hom. 49. dubitabundæ illi Mariæ ad Angelum interrogatiunculæ. Quomodo fiet illud quoniam virum non cognosco? Ita respondet Atqui propter hoc ipsum fit, nam si cognouisses non fuisses habita digna, que tui ministerio inseruies. Card. Petr. Damian. serm. de assumpt. Singularis, inquit, eius sanctitas, & gratia hoc promeruit, quod susceptione Dei singulariter iudicata est digna. Similia habet serm. 3. de natiuit. Hoc ipsum (ne recitandis, nec dum expendendis à Deo apertis testimoniis Carth. inuillinet oneremus (M. Greg. 1. Regum c. 1. Damasc. 4. de fide c. 1. Bern. serm. 7. de assumpt. & 2. de aduentu & epiphania. et Epiphania hær. 18. Euseb. Emiff. hom. in Euang. serm. 1. Chryl. ser. 143. Io. Max. dial. 1. c. 14. Fulg. tamen audiamus 7. de incar. & grat. ex quo aliorum testimonio tenens con-

conclusioni huic aduersantium amicam sensum cognoscebamus: Ipsam, ait ille, Deum hominem factum, & concipere, & parere non humanis meritis, sed concepti, nascentisque ex ipsa summa Dei dignitate, id est dignatione, promeruit.

4 Egrege ad rem hanc peruerfus Poëta Prudentius canebat in Cathemerino, & hymno ante cibum.

*Edere namque Deum merita.*

*Omnia Virgo venena domat.*

Ac Fortunatus, vel eo solum, Renantius, lib. de æter. gradus.

*Virginitas salix, que patru est digna Tonantis:*

*Que meruit Dominum progenerare suum.*

His tanè scripturæ Patrumque testimoniis, ac Spiritu sancto edocta Ecclesia his Deum Patrem quotidie alloquitur orans: *Deus qui gloriose virginis matris Mariæ corpus, & animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante preparasti.* &c. atque in antiphona Paschali idem his verbis proficitur.

*Regina cæli letare*

*Quia quam meruisti portare*

*Resurrexisti sicut dixit &c.*

Vbi de Christo, ac verbo incarnato, quem virgo portauit, quique sicut dixit, Ecclesia, loquitur. Nec refert Hieronimum Dial. i. contra Pelagianos, ac Bernardum ser. illo i. de assumptione negasse virgini meritum maternitatis Christi. Loquuntur enim de merito ex propriis viribus Pelagiano, ac non ex gratia Dei per Christum, vt patet ex instituto Hieronimi, qui ibi contra Pelagianos agebat. Arque ex Bernardo ne suæ ex eodem sermone citatæ pro nobis sententiæ, contradicat. Itaque ex propriis viribus meruisse maternitatem, negant, ex gratia vero concedunt cum Fulgentio proxime citato.

CERTAMEN II.

*Meritum mariæ erga Christi maternitatem condignum fuit.*

1 **Q**uale vero quantumque marianum hoc erga Christi maternitatem meritum fuerit, non adeo, est apud Scholasticos exploratum. Valenzia, Valquez, Soar, Cabrera, Granados, & alij, congruum solummodo fuisse aiunt, condignum. Imo hoc postremum meritum concedere, censura dignum nonnulli ex aduersariis reputant verum citati, atque, ex eis consentibus doctores ab omni censura liberum, & probabile meritum condignum fatentur. Illud autem, vt verum defendant. S. Bonau. Abulens. Gabriel. Almainus, & Bernal. locis citatis. Licet enim S. Bonau. & qui eum sequuntur dignum. Solummodo meritum Virginis erga Christi maternitatem appellent, non ideo ita appellant, vt æqualitatem eius meriti cum præmio maternitatis excludant, quam digni nomen ipsum importat: sed vt aliorum merita etiam digna, ac æqualia eiusmodi præmio negent. Vocique, & hymno spectato condignum illud solummodo dici videtur, quod aliorum meritorum dignitatem; & æqualitatem cum præmio eodem admittit. Probatur ex Patribus citatis Chrosost. Damasceno, Bernardo, Petro Damian. & Ambrosio, vltimo loco Prudentio, Venantio Fortunato, & oratione Ecclesiæ recitata. In quibus omnibus Maria dignè meruisse eligi in Dei matrem apertè dicitur.

2 At iniquis vocem *dignum*, seu digni improprie eis locis usurpari, sicut, & nomen meriti dum à Leone Papa, atque ab Ecclesia sumitur dum de Adami peccato dicitur. *O felix culpa, que tantam ac talem me meruit.* ac *digni* Vox dum de cruce ab Ecclesia cantatur. *Quia sola fuisse digna suscinere Regem cælorum, & dominum.* Qua dignitate, & merito sola Dei dignatio significatur, qua, & reparare nos à peccato, & crucem voluit ascendere. Verum hæc nullius sunt ponderis. His etenim locis ali-

quod est, quod nos improprietatem sermonis agnoscere cogat. Nihil autem in casu nostro est, quod nos ad improprium earum vocum sensum compellat: imo vero multa quæ nobis propriam earum acceptationem suadeant. Ea enim testimonia rationem dignitatis Mariæ, vt in Dei matrem eligeretur assignat vitæ puritatem, & sanctimoniam, obedientiam, hæc, virginitatem, & similia, quæ quidem omnia actus proculdubio meritorij sunt, vt patet. Inde vero arguo à ratione secundo, meritum maternitatis tribuitur Deiparæ ob eximiam, ac reliquis foeminis præ excellentem virtutum, & morum sanctimoniam: ergo quia ipsius merita ea sunt, quæ meritis aliarum omnium foeminarum longè antecirent: atque plures sanctæ foemine potuerunt mereri de congruo maternitatem Dei; imo vero de facto ita fortassis fuerunt promeritæ, vt cert. 3. videbimus: ergo Deipara non congruè solum, sed digne, atque ad æqualitatem, siue, vt ab scholasticis igitur condignè illam fuit promerita, Tertio probatur conclusio. Quia solo consensu in maternitatem Dei plus meruisse B. virginem quam omnes Angeli, & homines cunctis suis bonis operibus docuit. S. Bernardinus Senensis, cui Theologi, & omnes post hæc subscribere. Quid ni condignè meruerit maternitatem.

3 Dices: meruit virgo de condigno, & ad æqualitatem meriti cum præmio maternitatem. Ergo hoc solum condignè recepit, ac meruit, ergo non recepit gratiam, neque illam condignè meruit suis operibus. Quod enim æquale vni præmio est, nequit esse eidem simul cum aliis æquale. Responderetur primo negando primam consequentiam. Vt enim supra docebamus, æqualitas meriti cum præmio adeo ad amissim non est, vt suam non habeat latitudinem, sicut, & iustum rerum præmium illam habet. Secundo nihil est absurdi, actu vno, vel altero meritorij maternitatis de condigno nec meruisse, nec recepisse de condigno gratiam, cum maius adeo donum illis de condigno mereretur, & reciperet. Arque insuper cum tantam à Deo ante maternitatem, & gratis, & in remunerationem continui ab instanti suæ conceptionis exercitij adeo excellentium virtutum postea ardentius ac nobiliter ad extremum spiritum continuandi, atque vltieris, & vltieris gratiæ augmentis præmiandi. Sed obiicit Bernal. non videri rationabiliter tot tantæque gratias Virgini collatas, nisi quia iam mater Dei erat: ergo hæc dignitas adeo excellenti virginis dignitati, ac merito fuit supposita. Verum rationabiliter illi datas, vt mater Dei esset, non quia erat fateretur Ecclesia in recitata oratione cert. 1. n. 4. In stabis quarto, ergo, & antiqui Patres meruerunt de condigno esse Christi Progenitore. Negro consequentiam adhuc de Progenitura eorum remotior: licet hæc longe minus præmium quam maternitas sit, & tamen consequens, neque absurdum est, neque absque fundamento in Patribus, & scriptura, vt aiebat Bernal. proximè §. 4. num. 88. de quo statim cert. 5.

4 Rursus oppones, meruit Virgo de condigno Dei maternitatem: ergo, & meruit de condigno incarnationem ipsam. Egre ab hac se obiectione expedi, & Bernal. qui vnionem hyposthaticam ab actione productiua humanitatis, siue à maternitate non distinguit. Negatur cum S. Thoma proxima consequentia. Aliud quippe est maternitas seu productio humanitatis à Virgine, aliud hyposthatica vnio, siue incarnatio, ac proinde vnum potuit Virgo sine alio mereri de condigno: sicut obiectantes ipsi fatentur de congruo meruisse maternitatem, non autem incarnationem. Instas, qui meretur dari rei alicui existentiam, rem ipsam enimque existentiam meretur. At Virgo merens maternitatem Christi meretur dare existentiam Christo, & incarnationi, seu vnioni hyposthaticæ. Ergo meretur horum trium existentiam, & de condigno quidem. Maior per se videtur patere. Rursus autem probatur. Quia eatenus solum meremur à Deo existentiam gratiæ, quatenus mereamur, vt Deus illam in nobis operetur minor autem videtur certam mereri enim maternitatem Christi

feu hominis Dei, nihil aliud est quam mereri dare existentiam Christo, seu homini Deo, qui talis existit per incarnationem, siue hyposthaticam vnionem existentem. Confirmatur, quia qui meretur aliquid ineuitabiliter connexum cum alio. v. g. actio cum suo termino, meretur, & aliud cum quo connectitur. Vnde hoc aliud materia præmij respectu vterioris operis eliciti ab eo, qui actionem iam promeritus semel fuit nūquam esse potest. Dixi connexum tanquam actio cum suo termino, qui scilicet non supponitur existens ad actionem cum ipso connexam, sed ipsa actione illius termini ponitur existentia.

5 Verum enim vero instantia hæc non vrget. Etenim admittit maiori de qua statim, minor est falsa. Maternitas quippe Virginis erga Christum fuit solius humanitatis generatio, non autem vnionis hyposthaticæ humanitatis ad verbum, qua Christus, homo simul, ac Deus constituit. Licet quia idem in Christo qui homo in primo instanti productionis humanitatis à Virgine & Deus fuit denominatio geniti à virgine, quæ in hominem illum cecidit per adiutorium communicationem in Deum, seu diuinam personam, quæ homo ille erat. Sed nec maiorem admittit debemus. Licet enim mereri, vt Deus in nobis aliquid operatur, seu efficiat sit mereri illius alicuius substantiam, seu existentiam, quia eius donatio ab actione illius quod donat non distinguitur, certumque sit mereri præmij ab aliquo, esse mereri ab eo vt illud nobis donat, ac proinde mereri gratiam à Deo nihil aliud sit quam mereri affectionem gratiæ à Deo in nobis; at vero cum actio quatenus à creatura formaliter non sit actio, & donatio Dei, non est idem mereri creaturam vt rei productio ab ipsa sit, ac mereri rem ipsam, siue vt à Deo donetur. Confirmatio nihil magis euenit intentum, & maiorem illam. Aliud quippe est materiam præmij respectu noui meriti esse non posse terminum actionis, quam iam semel promerimus. Aliud vero ideo non posse esse materiam præmij respectu noui meriti, quia merito ipso actionis tanquam præmij necessarium terminus ipse respondeat. Hoc enim falsum est, primum autem verum. Quia cum materia præmij id solum sit, quod dare, ac non dare sit in potestate donantis, id quod ad præmij donatum necessarium consequitur sine noua donantis libertate noui præmij materia esse non potest, licet ante actionis donationem, si meritum termini etiam adesset, materia præmij esse potest respectu meriti huius secundi.

### CERTAMEN III.

*Progenitores Christi reliqui tales esse sunt promeriti, atque eorum aliqui de condigno, sicut, & alias incarnationis circumstantias.*

1 Progenitorum Christi suo quemque gradu reliquos Christi Progenitores fuisse absolute promeritos concursus omnium ferè Theologorum sententia est: contra Syluium, & Lorcam, qui merito ea de re malè apud alios audient: est quippe sententia expressa fere in scriptura Genes. 22. n. 16. vbi Deus ad Abrahamum piè eruido animo in charam Sobolem scruentem. *Quia fecistim hanc, nec peperisti filio tuo propter me*, Ecce meritum, *benedicuntur in semine tuo &c.* quæ commentans Paulus ad Galatas. 5. n. 16. ait, *quod, semen tuum, est Christus*: Christi nimirum ex ipsius semine propagatio. Similiter ob Dauidis de templo Dei struendo desiderium. 2. Regum. 7. Dominus ait, *habiliam thronum eius vsque in sempiternum*. Quæ de re istorum Psal. 88. *Ponam in seculum seculi semen eius; & Thronum eius sicut dies celi*; ac rursum Psalmo 131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris sui ponam super sedem*

*tuam &c. & filij eorum filiorum, David usque in seculum sedebunt super sedem tuam*. Ea vero dauidici regni perennitas in Christo ex eius semine tunc promissa ad impleta est iuxta illud Angeli ad Mariam Lucæ 1. *& dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*. Quibus propagatione Christi secundum carnem ex Maria sanctorum illorum Patriarcharum sobole præclarissima factam illis ob numerata pia facinora, promissionem impletam testatur. Euangelista. Atque inferius Maria ipsa in cantico magnificauit illis verbis. *Sicut locutus est ad Patres nostros Abraham, & semini eius in secula*. Hoc ipsum meritum Ioachimi, & Annæ Christi auis concedendum piè fore illorum merita præcella, atque Ecclesiæ in eorum festis orationis satis luadent.

2 An vero meritum hoc congruum solummodo, an vero condignum fuerit: sub iudice adhuc lis est. Pro eius tamen exacto iudicio aduerto. Duplitter potius, Christi auos, atque esse Christi Progenitores mereri. Primo merendo Virginis ex ipsis propagandæ Christi maternitatem, & ita quidem neque condignè, neque congruè sunt promeriti, non condignè quidem: quia maternitas Virginis valore, atque æstimatione aliorum sanctorum merita longè adeo superabat, vt vox meritum Virginis prærogatiua sit tantum donorum meritua ex æquitate condignitate. Secundo quia per se intermedios progenitores peccatores Deo iniustos ad implendum erat. Sed neque congrui ita id meruisse certum mihi est, vt tota gloria meriti maternitatis Christi integrè atque vnicè Deipara seruetur, quin Patrum remotiorum meritis vllis iuuetur. Sed solis Christi meritis quibus gratiam ad id merendum, ac proinde, & ipsam debet maternitatem, & sanè tantum hoc donum maternitatis Dei reputo, vt aliorum, quam Mariæ, meritum, non æqualitate modo; sed, & proportionem excludat. Secundo modo poterunt Patres mereri esse remotos Christi Progenitores merendo Virginem alias Dei matrem futuram vel iam electam ex ipsis propagari. Quod quod quidem donum licet adeo excellens, & gloriolum longè tamen minus est Dei maternitatis, & quod egregie illo Abrahami facinore tentato, atque ex parte sua peracto, infingit fide, atque spe eiusdem illius obedientia, Iacobi oratione, ac fortitudine, religione Dauidis, ac denique Ioachimi, & Annæ sanctimonia, non solum meritoria proportione ad congruitatem attingit; sed, & ad condignitatem vsque possit æquare.

3 De circumstantiis aliis incarnationis, an sub Patrum Præscorum merita venerint, dubitatur ab scholasticis: illæ vero sunt, loci, & temporis, quibus Christus aduentus, circumstantiæ atque in primis de loco quo Christus natus est, atque hominibus conspicuus est factus. Doctoribus fere omnibus conuenit sub Patrum antiquorum merita venisse. Videantur Vasq. proximè cap. 4. Sect. 6. Lugo d. 8. sect. 4. n. 34. Bernal. d. 17. sect. 3. §. 4. Ragusa. d. 47. Lorca d. 22. apud quos reliqui. Probat ex cap. 16. Isaia. n. 1. vbi ait: *emitte agnum Domine dominatorem terra de petra deserti ad montem filie Sion*. Vbi illius patebat vt propè Christus nasceretur: quod, & impetravit, vt suadet euentus, cum fuerit in Nazareth, natus. Nec satis est id aliunde futurum iam fuisse, ac proinde non ex meritis, & oratione Isaia. Vt enim rectè S. Thomas in illud caput, *Congruum erat, vt Deus exaudiret, qui ei obediebant*, quare Isaia meritis cunctis cordè tribuendus est maxime cum eiusmodi circumstantia non adeo excellens donum sit, vt meritis Patrum proportionem eximat, imo neque æqualitatem: quare neque condignitatem. Censeo ergo circumstantiam loci incarnationis, condigno merito antiquos Patres à Deo obtinuisse.

4 Circumstantiam temporis meritis Patrum obtentam, negant lorca c. 23. Ragusa §. 1. Lugo citatus non eisdem, sed eiusdem tamen infirmitatis, argumentis, quia conuenientius tempus remedio hominum incarnatione intento, & assequendo, quod quidem à meritis hominum independens est eligendum necessario erat. Quare circa tempus meritis hominum locus non fuit.

Sed certè remedium hominum omnium, nec plurimum, qui possent efficerentur intentione à Deo decreto, incarnationis: non fuit, ut patet, sed solum inefficaciter ex qua intentione, libera Deo huius vel illius temporis electio fuit, ac locus meritis Patrum, ut hoc potius quam illo foret. Ragula quia è breuiori, vel tardiori incarnationis tempore pendebat plures, vel pauciores prædestinari: cum tamen nullius prædestinatio à purè creatis meritis pependit. Negari facile assumptum possit. Sed illud distingue, pendebat occasionaliter concedo, merito: neq. Occasionaliter autem nullum est inconueniens quod à meritis purè creatis aliquorum prædestinatio pependit. Lugo supponit falso duo, & actiones à tempore indiuiduarij & quod maior duratio actionis meritiuæ ex qua eius meritum augetur ab hoc tempore pendeat, quin in alio æquali idem meriti augmentum esse possit, quæ sunt falsa. Instar Ragula. Post Patrum preces longo tempore dilata incarnatio fuit v. g. post Abrahami, Isaac, Iacob & Davidis preces: ergo non meruerunt de facto accelerationem. Sed respectu Ioachimi, & annæ, ac Simonis, & Annæ Prophetissæ locum non habet obiectio. Sed nec respectu aliorum. Cum enim longius multo differri incarnationem possit, accelerationem lunt promeriti, qui promeriti sunt ne vterius differretur.

5 Valquez ergo d. 23. c. 5. Soar. d. 10. sect. 6. Gaspar, Hart. d. 6. difficultate 8. Bernard. proximè, & Doctores communiter cum. S. Thom. q. 2. a. 11. assunt antiquos Patres accelerationem incarnationis promeritos. Probatur ex datis verbis Isaie 16 & ex illis. c. 45. num. 8. *Rorate cæli de super, & nubes pluant iustum: aperiatu terra, & germinet saluatorem. & c. 61. vitinam disrumpes cælos, & descenderes. ad quæ recitatus S. Thom. vbi proximè aiebat. Congruum erat, ut Deus exaudiret eos qui ei obedebant. & sanè potuisse eos accelerationem promereri certum omnino est. Alioqui, & eorum orationes inconsultæ, atque imprudentes à Deo auxilia gratiæ ad eas coram se fundendas donata forent. Si autem mereri poterant, & impetrare à Deo accelerationem incarnationis quæ de se sandi vterius differrî poterat, cur non etiam à Deo obtinuisse negabimus. Secundo probatur ex responso illo precibus, atque expectationi Simeonis de Israël redemptione cælitus dato Luca 2. n. 25 non visurum se mortem nisi videret Christum Domini. quæ promissio meritis expectationis, & precam Simeonis manifestè respondet, sicut, & Annæ prophetissæ precibus in templo, assiduis respondisse docet Ambrosius. 2. in Lucam cap. de Simeone, & Anna. Dicit potuisse vtrumque mereri vitæ prorogationem miraculolam vltique ad Christi aduentum aliunde statutum. Sed facilius sine miraculo diceretur accelerationem incarnationis fuisse promeritos. Inducitur pro nostra sententia id Psalmi 11. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam.* Sed ibi de peccati miseria in qua meritum non est, agitur. Illud item Danielis 9. *septuaginta hebdomade abbreviate.* sed sonus decipit, cum sensus alius ab instituto præsentis sit, ut vidimus controu. l. d. 1. q. cert.*

6 Oppones meritum Christi remunerandum dicit Christi, & meriti existentiam physicam extra causas: ergo supponit exercitiam Dei libertatem circa physicam Christi existentiam in se: ergo non est Deo liberum pro aliquo posteriori natura, ut Christus in hoc vel illo tempore existeret. Patet consequentia in opinione quæ asserit durationem à re durante non distingui, in ea quippe rei duratio solum addit extrinsecam imaginariam durationem, quæ nec diuinitus remoueri potest, vnde id eius libertati non subiacet, sed solum existentia Christi, & meritum eius positio: Quare quod hac vel illa duratione imaginaria existat materia præmij, non erit nisi quatenus existentia incarnationis materia præmij est. Hæc autem nec sub Patrum merita venit, nec potuit, cum ad hæc, Christus, meritaque ipsius supponantur existentia. Respondetur Dei libertatem non solum esse circa existentiam, positionem, sed circa coexistentiam rei cum hac, vel illa imaginaria atque immobili duratione,

etiam si duratio nihil intrinsecè inhærens rei duranti superaddat: addit enim extrinsecam, & immobilem illam imaginariam durationem: quare potest videri existens: quin coexistens huic vel illi durationi imaginariæ, decernique existens quin coexistens. Quare liberum Deo est decernere in præmij coexistentiam cum hac vel illa duratione, sicut in conseruatione patet: In qua libera Deo est non existentia solum rerum, sed, & coexistentia tali vel tali durationi imaginariæ. Tota ergo difficultas est, quod ægrè concipiamus existentiam rei, siue rem existere realiter adhuc promerari priori, ac non in aliqua duratione imaginaria cui coexistat. Cum tamen nequeat non coexistere re ipsa ab existere diuersum quid esse; & quidem quoad Dei libertatem ad præmij materiam requisitam attinet, licet modum superadditum rebus addamus, ut durent eadem est difficultas. Nam propriori naturæ supponi debet rei coexistentia cum hæc determinatè duratione imaginaria: qua posita liberum Deo non est aliam rei eidem durationem dare: cum huic ratio imaginario durationis non nisi hæc rei duratio possit assignari, si eam res sit, nec sit durans diuersitas: ne sine necessitate modos multiplices adstruamus.

7 Sed adhuc urgeo in quauis de duratione opinione. Dignitas meriti dicit coexistentiam operantis, & formæ seu principij dignificantis in eodem instanti: ergo, ut opera Christi sint meritoria de condigno gratiæ antiquorum Patrum, sicque à Deo videantur, debent coexistere humanitas operans coexistens operi; & vnioune hyposthatica in aliquo instanti, vel tempore durationis Christi: ergo non venit sub Patrum merita existentia Christi pro duratione illa; ac proinde neque incarnationis acceleratio. Respondetur negando antecedens absolute: licet ad meritum pro hoc instanti, vel duratione, eorum omnium in illo coexistentia requiratur. Nam ad meritum secundum se, nec relatè ad tempus satis est coexistentia entitatiuæ eorum omnium. Sed licet his argumentis torum demus, solum probant non potuisse sanctos Patres promereri omnem accelerationem incarnationis absolute possibilem; non autem non potuisse aliquam accelerationem illius promereri: quod satis pro nostra conclusione est. Etenim potuerunt meritis suis efficere, ut illud tempus, quo existere, ac mereri visus à Deo fuit, non esset vitæ Christi primum, ad postremum, atqui triginta tribus fore annis ante illud esse inciperet, atque aduentu et: cum tamen si eorum merita deessent tempus illud foret fortasse primum. Quæ quidem solutio plausibilior est, ut potè captu facilior.



QVÆSTIO V.

De Causa physica dispositiua, & efficien-  
tienti incarnationis.



TRVMQVE causa genus coniunxi: quia plurimum sententia dispositiones effectiue ad formam cui disponunt concurrunt: ac certè in exigendo concursu à Deo conueniunt.

CERTAMEN I.

Nulla fuit ad vniouem hyposthaticam dispositio esse tamen aliqua potius.

1 Extrema conclusionis pars est contr. Vasq. d. 40. Soarium, & alios: Est autem Gasparis Hart. d. 16. dif. 2. & aliorum; facilliq. probatur. Etenim si humanitas

nitatis cum gratia sui vnioni ad verbum præuixisset, vt absolute potuit, ex eius dignitatis præcedentis posset aliquiliter ad vnionem hyposthaticam disponi: sicut antea præfetur, & dignitates, ad maiora apud homines disponunt. Sed etsi non præuixisset, vt non præuixisset, posset præcedere natura gratia disponens, ornansque humanitatem ad vnionem hyposthaticam. Sin ad repugnantiam. Dices quod pro illo priori humanitas haberet filiationem adoptiuam, pro quo nec dum naturalem filiationem haberat: cum tamen filiatione naturalis non patiatur in eodem instanti temporis filiationem adoptiuam adhuc pro illo signo, & priori. Bene, ergo cum adfit per te filiatione naturalis pro posteriori signo naturæ impedit filiationem adoptiuam gratiæ pro priori naturæ, pro quo disponeret ad vnionem hyposthaticam, & filiationem naturalem humanitatis per illam. Nulla ergo est implicatio à te assignata.

2 Obiicies; humanitas, vt in personam propriam creatâ nonerit, sed in diuinam consistit, debet per nos existere, vt pars, ac dependenter ab vnione ad verbum. Ergo pro priori existentiæ est dependentia ab vnione hyposthatica in humanitate. Ergo, & pro priori ad gratiam, quæ existentiæ humanitatis supponitur: quare non poterit non vnio hyposthatica esse prior natura, quam gratiæ; ergo si gratia aliunde ponatur præcedere vt dispositio vnionem hyposthaticam, ponetur respectu eiusdem esse priorem, & posteriorem; quod implicat. Respondetur negando primam consequentiam. Nam dependentia humanitatis in sui existentiâ ab vnione hyposthatica non est à priori, siquidem humanitas existens ad sui vnionem ad verbum præsupponitur pro priori naturæ existens: solum ergo est dependentia à committente temporariè tanquam termino necessario simul tempore ponendo. Cum qua stat bene vt decretum de vnionis existentiâ exercitè posita, sit posterius decreto existentiæ humanitatis, & aliorum, que Deus velit natura in illa præcedere, vt dispositiones ad vnionem.

3 In quæstione vero de facto affirmarunt Alex. 3. p. q. 7. m. 2. art. 1. & q. 11. m. 1. q. 12. m. 1. a. 1. S. Bonavent. in 5. p. d. 2. a. 3. q. 2. Gabriel. q. vn. 2. 2. conclus. 2. Ricard. 2. 2. q. 3. ac S. Thom. q. 1. & 2. 2. negamus vero nos gratiam fuisse de facto dispositionem ad vnionem hyposthaticam cum Scoto, & suis in 3. d. 2. q. 2. §. *Contra hoc arguo primo*. S. Thom. 3. p. q. 7. a. 13. vbi Thomistæ, & præcipui q. 6. 3. Vasq. Soar. Hurtado, & alij. Communiter Thomistæ probant fundamentum, quod humanitas per verbi existentiâ existat, supra à nobis reiecto. Alij quia ex dispositione accidentali (eiusmodi esset gratia) non posset haberi vnio hyposthatica substantialis. Peius, cum ex dispositionibus accidentalibus materiæ, vnio substantialis compositi naturalis quotidie proueniat Soarius, quia passiones æquæ atque actiones supposito- rum sunt, sensu nimirum sæpè à nobis confutato, ac semper confutando. Quarto, quia vnio hæc est de complemento naturæ, Vasquez. Quinto, quia intelligi nequit quod gratia non detur intuitu vnionis præhabitiæ. Sed constat rectè id intelligi, atque esse posse. Ratio ergo est, quia gratia, sicut, & dona reliqua, de facto intuitu vnionis data humanitati fuit. Ergo non potuit de facto dari vnio hyposthatica intuitu gratiæ, ne inuicem se ipsi prius, & posterius natura existant.

4 Obiicies id Lucæ. 1. *Quod enim ex te natus est san-ctum vocabitur filius Dei*. vbi ante filiationem naturalem humanitatis, eius sanctitas referretur habitualis nego sancti nomine gratia habituali, sanctum intelligi; vel eo quod filij Dei nomine debitum, & obuenturum ob sanitatem illam dicitur: cum filiatione Christi ob sanctitatem vnionis, non ob gratiam habitualement ipsi debita fuerit, & obuenerit. Secundo ex præcedentia locali in textu malè inferretur prioritas naturæ. Dices secundo naturæ ordine quæ maximè distant, non nisi præuia, ac quasi media inter vtrumque dispositione aliqua vniri debent: ergo humanitas, & verbum, quæ maximè distant, non nisi præuia, & media gratia vnientur. Respondetur antecedens verum esse in his quæ

connaturaliter atque ad exigentiam causarum natura- lium sunt, secus in iis, ad quæ nulla esse exigentia potest, sed ex mere amore, gratia, & beneuolentia, misericordiaque sunt, vt incarnatio. In iis enim quæ ita sunt quominus dispositiones attenduntur, plus amor, & misericordia diuina elicient, vt patet, sæpèque Paulus testatur. Imo vero si dispositiones quales, quales vnionis expectari oporteret non sola gratia, sed, & reliquæ humanitatis supernaturalis dotes deberent præcedere natura vnionem, oporteretque humanitatem sui vnioni præuixisse, atque excellentibus se virtutibus exerceri, vt sic posita ad vnionem cum verbo afflueretur: Quorum nihil ita præstitum, ac dispositum à Deo fuit.

**CERTAMEN II.**

*Solus Deus Trinus communi concursu causa efficiens vnionis hyposthaticæ fuit.*

1 Vos speciales concursus præter communem tribus Personis ad physicam vnionis hyposthaticæ effectiorem video à Theologis nonnullis ex cogitatione. Primo omnia Soar. d. 10. l. 1. §. *De ipsa autem* circa medium. Granados tractatu. 4. d. vlt. sect. 1. Bernal. d. 10. sect. 3. docuere B. Virginem physicè instrumentali- ter saltem effectiorem vnionis attingisse virtute, & potentia obedienciali, idque à pluribus ætate sua doceri testatur Medina. 3. p. q. 3. 1. a. 4. licet parum sanum esse iudicet. Lorca d. 18. n. 7. esse improbabile omnique fundamento destitutum ait. Vasquez. d. 2. 1. n. 7. le huius sententiæ fundamentum probabile non videtur. Certe- nebat autem in re Theologica satis actum. Ceterum cum à Deo sit sententia illa de potentia obedienciali communiter recepta, nequit non conclusio hæc, que illi innititur suam habere probabilitatem saltem extrinsecam: quare nequit censuris subiacere. Ceterum nobis, quibus potentia illa obediencialis rerum summo- pere displicet ob rationes quibus affatim eam, con- trou. de causarum actiuitate confutauimus, non potest non displicere. Eius autem impugnationes ex iis quibus principium cui innititur eruius petendæ sunt. Inde etiam impugnandus erit concursus actiuis humanitatis ad vnionem hyposthaticam, vnionem partium materiæ, & formæ per nutritionem acquisitarum, quem primus eodem fundamento excogitauit Bernal. §. 4. fundam-entum de identitate vnionis hyposthaticæ cum pro- ductione humanitatis eertimus contra Bernal. d. proœm. q. 2. cert. 4.

2 Secundo Franciscus Abræ de Rachonis. 3. p. tra. 1. q. 1. Petrus Vvadingo d. 4. dub. 4. §. 2. n. 54. docent verbi Personam speciali influxu præter communem Trinitati toti, vt causam nimirum specialem ad vnionem hyposthaticæ productionem concurrere. Quam sententiam temeritatis notarunt Recentiores Comple- tentes in Francisco Abræ (quem solum, non autem Vvadingo viderant) quia operationem ad extra diuinæ Personæ, aut personalitati, non communem Trinitati as- scribit. Sed certè Granad. 1. p. q. 12. d. 5. & 7. alique plures Recentiores personalitati cuius diuinæ ad- uum influxum per modum speciei intelligibilis cuiusque propriam, & specialem, nec toti Trinitati commu- nem expresse concedunt. Quare nescio an temerita- tis nota iam prudenter cadat in assignantes aliquam operationem ad extra toti Trinitati non communem, sed alicui ex personis Trinitatis propriam, ac spe- cialem, ob titulum specialem aliquem in aliqua ope- ratione ad extra reperitum, & in visione intuitiua per- sonalitatibus cuiusque diuinæ, atque hic in solius verbi incarnatione.

3 Ceterum nobis semper tenendum esse nullam ope- rationem ad extra excogitari iure posse, quæ formaliter indiuisibiliter

indivisibiliter toti Trinitati non respondeat, iuxta illud Ioan. 5. non potest à se facere quidquam nisi quæ viderit Patrem facientem, quæcumque enim ille fecerit, hæc, & filius similiter facit. Illud enim similiter non operationem solum, sed operationis etiam denotat modum. Vide Augustinum, & Patres ibi. Unde Patribus, & Conciliis sanctum illud axioma semper fuit. *Indivisa sunt opera Trinitatis ad extra, vt d. proœ. q. 2. cert. 4. n. 5. contra Vvadingo persequeretur.* Sed illud axioma in re præsentis specialiter obseruandum docuerunt Concil. Lateran. sub Innocentio. 3. relatum. c. firmiter de sum. Trinit. vbi de filio ait. à tota Trinitate communitè incarnatus. Tolet. 6. c. 1. Cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis (Quoniam in separabilia sunt opera Trinitatis.) solus tamen filius suscepit humanitatem. Repetit Concil. Tolet. 9. confel. fidei. Atque. S. Ildephensius ita ad Mariam. *Tota indivisibiliter Trinitas conceptionem operabitur in tesola persona filij Dei in corpore tuo nascitura, carnem assumet de te.* Hinc. S. Tho. q. 2. art. 8. ad 2. concludit, omnes personas Trinitatis esse videntes hypostaticè humanitatem, non autem illam assumentes.



QVÆSTIO I.

*De Felcis, & Elipandi errore, ac de Concilij Francfortdiensis, & epistola Adriani auctoritate.*



**F**ELICIS apud Illergetes, seu Catalonios Vigelitani Episcopi, atque ab ipso edocti Elipandi Archiepiscopi Toletani error Solino Maurorum Rege ortus anno septingentesimo octuagesimo-tertio, tam certis coniecturis, apertisque testimoniis à profundæ eruditionis viro, & alienarum mentium, vt sic loquar, mente Gabriele Vasquez traditur: vt si ab aliis animi, an ingenij, abesse contentio, ea de re dubitari minime possit: alterutra tamen, vel vtraque, quæstio iam est, quod alias vix foret historia.



CONTROVERSIA IV.

*De intrinsecis Incarnationis effectibus.*



**I**N effectibus intrinsecè ab vnione humanitati communicatis alij primarij sunt, alij secundarij: positivi item, vel negatiui. De eorum aliquibus (nimirum personam constituere increatam, creatamque absumere) satis superque dictum est. d. 1. proœ. & controu. 1. d. 1. Reliqui ergo iam intrinseci effectus: suo ordine examinandi sunt, & quoniam Persona humanitati per se vnita filius naturalis Dei est, An humanitatem, huncque hominem Christum, qua hominem, filium naturalem Dei constituit: disputabimus primo. Secundo an omnem humanitatis Christivè, qua hominis feruitutem, ac subiectionem respectu Dei impediatur. Tertio An communia Trinitati humanitati suos formales effectus præstent? Quarto de sanctitate humanitatis substantiali per Deitatem. Quinto denique de eiusdem humanitatis impeccabilitate.



DISPUTATIO I.

*De filiatione Christi.*



**Q**UIMVR de Christo, qua homine, siue secundum humanitatem examinabo primum an ei competat filiatione naturalis Dei? secundo: qua illi ratione contueniat? Tertio: an simul in illum filiatione Dei adoptiua quadret? sed quoniam eorum, quæ super his dicemus, certitudo ex erroris Felcis, atque Elipandi indagatione, ac deprehensione Concilijque Francfortdiensis, & epistolæ Adriani auctoritate omnino pendet: primam de vtroque quæstionem instituum.

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

CERTAMEN I.

*Coniecturis, ac testimoniis propriis. Felcis, atque Elipandi error aperitur.*

**E**Rrorem hunc Nestorianum fuisse putant Soar. In disputatione quadagesima-nona, sectione tertia, Bernal. tota disputatione quadagesima-quarta, summa vero eruditione Vasq. ostendit eos formaliter Nestorianos non fuisse, nec plures pro naturarum pluralitate in Christo admisisse personas, sed vnã; licet consequentiæ vi, vel errorem deferere, vel ad Nestorium accedere tenerentur: solumque illos errasse in deneganda Christo, qua homini, siue secundum humanitatem, filiationem naturalem Dei, adscribendaque adoptiua: Vasquo consentiunt, præter Ascleas, Luis. Torres, & Gasparum Hurtado, Petrus etiam Hurtado. disputatione octuagesima-tertia, sectione secunda solitaque errorum comprehensua breuitate Petrus Vvadingo disputatione vndecima dub. primo, paragrapho primo, suadent id in primis coniecturæ graues. Cum in Hispania enim, & Conciliis Toletanis ante actis omnibus, præcipue. 4. 6. 11. 15. & 16. in quibus plus satis versatus Elipandus erat, Nestoriani erroris damnatio, fideique ipsi opposita professio adeo esset expressa; incredibile profus est errorem, adeo ab eis execratum voluisse Elipandum excitare. Quod autem in Toletanis Conciliis hic fuerit veratissimus constat primo. Quia Iuliani prædecessoris, qui Concilio. 15. Toletano præfuit, ceterisque clarior doctrinam totam Chalcedonensis, atque Ephesini Contra Nestorianum errorem profertur, auctoritate niti se Elipandus iactabat, quod si Bernal. ipse disput. sexagesimasexta, sect. prima, paragrapho primo num. 5. inde satis contra Soarium probari existimat Christum, quatenus hominem specificatiue filium Dei à Felice, & Elipando non negari, quod res esset tunc in Ecclesia exploratissima: Cur idem argumentum in re præsentis non admittit? Secundo: quia cum in Conciliis Toletanis postremis omnia ante actorum confirmarentur, atque in 11. diceretur Dei filium secundum humanitatem non esse adoptione, sed natura filium. Exceptionem de filiatione eius naturali secundum humanitatem in eo, & sequentibus contineri putauit.

Iii Tertio: